




2 deck

E 68-a
2

RE
8715



PSALTERIVM
IN HONOREM
B. MARIAE
VIRGINIS.

COMPILEATVM
Per Seraphicum Doct. S. Bo-
nauenturam.




VLYSIP ONE.

Cum facultate Supremi Senatus Inqui-
sitionis, & Ordinarij.

NEC NON REGIS LVSITANIE.

Excudebat Antonius Aluarez. Anno Dñi 1611.



L I C E N C , A S .

VI Este Liuro, q̄ he o Psal-
teyro de Nossa Senhora,
que S. Boauentura com-
pôs, & anda em seus opusculos;
& aqui se diuide, & accōmoda
pera se poder rezar juntamente
com o Rosayro pelos dias da so-
ma, he obra q̄ imprimindose,
pode acrecentar a deuaçāo da
Virgē, nē ha cousa, q̄ o impida.

Francisco Pereyra.

Vista a informaçāo, pode se im-
primir este Liuro, & depois
d'impresso torne a este Conse-
lho pera se confirir, & dar licença pe-
ra correr, & sem ella não correrá. Em
Lisboa 21. de Julho de 1610.

Marcos Bertholameu Ruy Pires
Teyxeyra. da Fonseca. da Veyga.

VIsta a licença acima do Sanc
to Officio , pode se impr
imir, a 22. de Março de 611.
Sarayus.

PODESE imprimir este
Liuro do Pſalteyro de
Nossa Senhora , vista a
licéça, que tem do Sancto Offi
cio, & do Ordinario : & depois
d'impresso tornará para se ta
xar , & sem isso não correrá, a
30. de Abril de 611.

*Ruy Pirez Barboſa. F. Pinto. Machado.
da Veiga.*

QUE se poſta vender este
liuro a tres vintés em pa
pel a 14 de Mayo de 611.
*Barboſa. Machado. F. Pinto. Ruy Pirez
da Veiga.*

ORDO

DICENDI
PSALTERIVM
VIRGINIS
MARIA.

A S. BONAVENTURA
Compilatum.



OTISSIMVM Est
ex multis miraculis per-
gratum esse Gloriosissi-
mæ Virginis MARIAE
Rosarium, seu Psalterium
ciusdem Beatæ MARIAE
nuncupatum : quod ex centum quinqua-
ginta salutationibus Angelicis ad nume-
rum Davidici Psalterij, & oratione Do-
minica ad quamlibet decimam interpo-
sita

sita constituitur; Sed cum adsit ad ipsam
Vi:ginem collaudandam, & deprecādām
alii 1 Psalterium à Seraphico Doctore Bo-
nauentura, compilatum, quod instar pari-
ter Davidici Psalterij centum quinqua-
ginta Psalmos similis inchoationis conti-
neat; ideo ut deuoti amatores ipsius Vir-
ginis M A R I Æ commode Psalteria
ipsa simul persoluere possint, modum il-
la recitandi, & persoluendi per ferias heb-
domadum iuxta ritum Reu. Religiose
rum Cisterciensium dare, & describere
valde vīsum est. Quare in prima Domini-
ca sex Psalmi Psalterij dicti Sancti Bonauen-
turæ sub una tantum gloria, & una
Quinquagena, quæ est tertia pars Rosarij
recitentum. Cæteris autem diebus tres
Psalmi cum alia Quinquagena dicantur:
Sed singulis autem diebus tertii post re-
citationem alterius Quinquagena; sicut
pro Coronæ Imperialis complemento
Crux superponitur, sic ad istius Coronæ
Virginalis complementum loco Crucis

Anti-

Antiphona, Salve Reginā superaddatūs
prout vniuersa in eodem Psalterio distin-
cte apposita sunt; in ultimo vero dierum
septem hebdomadarum integrè ipsum
Rosarium Beatæ Virginis cum Salve Re-
gina, nec non Litanijs, & alijs orationi-
bus subsequentibus ibidein annotatis per-
soluerur. Quæ Litaniæ Hymnus. Te ma-
trem, & alia orationes huiusmodi, in pri-
ma Dominica post recitatam partem Ro-
sarij repeti debent. Et sic quolibet die ex
duobus Psalterijs coniunctim Beata Vir-
go M A R I Æ veneretur; quæ seruos
suos ad astra ducat. Amen.

Elegit eam Deus,
& praelegit eam.



In tabernaculo suo
habitare facit eam.

Fol. I

PSALTERIVM
IN HONOREM
B. VIRGINIS
MARIÆ.

Per Seraphicum Doct. S. Bonaventuram
Compilatum.

DOMINICA PRIMA.

Psalmus. I.



EATVS vir cui diligie
nomen tuum MARIA
Virgo, gratia tua anima
eius confortabit.

Tanquam aquarum fon-
tibus irrigatum vber, in
eo fructum iustitiae propagabis.

A

B ence

Psalterium

Benedicta tu inter mulieres : per crenulatatem cordis Sancti tui.

Vniversas enim foeminas vineis pulchritudine carnis : superas Angelos , & Archangelos excellentia sanctitatis.

Misericordia tua, & gratia ubique predicatorum , Deus operibus manuum tuarum benedixit.

Psalmus. 2.

Quare tremuerunt inimici nostri : & aduersus nos meditati sunt inania.

Protegat nos dextera tua Mater Dei, ut acies terribilis confundens , & destruens eos.

Venite ad eam qui laboratis , & tribulati estis : & dabit refrigerium animabus vestris.

Accedite ad eam in temptationibus vestris : & stabiliet vos serenitas vultus eius.

Benedicte illam in toto corde vestro : misericordia enim illius plena est terra.

Psal-

Psalmus 3.

D Omnia quid multiplicati sunt qui
tribulant me: in tempestate tua per-
sequeris, & dissipabis eos.

D issolve colligationes impietatis nos-
træ: tolle fasciculos peccatorum nos-
trorum.

Miserere mei Domina, & sana infirmi-
tatem meam, tolle dolorem, & angustiam
cordis mei.

Ne tradas me manibus inimicorum meo-
rum: & in die mortis meæ conforta ani-
mam meam.

D educ me ad portam salutis: & spiritum
meum reddè factori, & creatori meo.

Psalmus 4.

CVM inuocarem exaudiisti me Do-
mina, & è sublimi solio tuo mei
dignatus recordari.

A 2

A fugien-

Psalterium

A fugientibus præparatis ad escam , &
de manibus quærentium me, liberabit,
gratia tua.

Q uoniam benigna est misericordia , &
pietas tua: in omnes qui inuocant nomē
sanctum tuum.

Benedicta sis Domina in æternum : &
maiestas tua in seculum.

Glorificate eam omnes gētes, in virtute
vestra : & cuncti populi terræ extollite
magnificentiam eius.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Domi--
na: & ne auertas à me speciosita--
tem vultus tui.

Conuerte luḡum nostrum in gaudium:
& tribulationem nostram in iubilationē.

Corruant ante pedes nostros inimici
nostrī: virtute tua eorum capita conte--
rantur.

Benedicat te omnis lingua : & nomen
sanctum

B. Mariæ Virg.

5

sanc*tum* tuum confiteatur omnis caro.
Spiritus enim tuus super mel dulcis: &
hæreditas super mel, & suauum.

Psalmus 6.

Domina ne in furore Dei sinas cor-
ripi me neque in ira eius iudicari.

Propter honorem nominis tui Domina:
propitietur nobis fructus glorioli ven-
tris tui.

De porta inferi, & de ventre abissi: tuis
sanctis precibus libera nos.

Aperiantur nobis ianuæ sempiternæ: ut
enarremus in æternum mirabilia tua.

Quia non mortui, neque qui in inferno
sunt, laudabunt te Domina: sed qui tua
gratia vitam æternam obtinebunt.

Gloria tibi sit orphanorum mater: fac
nobis clemens sit Omnipotens Pater.

Amen.

* Deinde Quinquagena, quæ est tertia
pars Rosarij dicatur.

A 3

F E-

Psalterium

FERIA SECUNDA.

Psalmus 7.

Domina mea in te sperauis: de inimicis meis libera me Domina.

Conclude ora leonis, & dentes eius: & labia persequentium constringe.

Non moreris propter nomen tuum: facere nobis misericordiam tuam.

Splendor vultus tui fulgeat super nos: ut seruetur conscientia nostra apud altissimum.

Si persequatur inimicus animam meam Domina: adiutorio tuo conforter, ne vibrat gladium suum contra me.

Psalmus 8.

Domina Dominus noster factus est Frater noster, & Saluator noster.

Victor ignis in rubo, & ros in vellere, descendit

cendit in te, æternum Verbum Dei.

Spiritu Sancto fecundante obumbravit tibi virtus altissimi.

Benedictus sit mundissimus conceptus tuus: benedictus sit partus tuus virginus.

Benedicta sit munditia carnis tuæ: benedicta sit dulcedo misericordia cordis tui.

PSALMUS 9.

Congitebor tibi Domina in toto corde meo: & narrabo in populis laudem, & gloriam tuam.

Tibi enim debetur gloria, & gratiarum actio, & vox laudis.

Inuenient gratiam peccatores apud Deum per te: inuentricem gratiæ, & salutis.

Respirent ad indulgentiam humiles penitentes: sana contritiones cordis consum.

Psalterium

In pulchritudine pacis , & requie opulenta : cibabis nos post laborem peregrinationis nostræ.

Gloria tibi sit orphanorum mater : fac nobis gratus sit Omnipotens Pater. Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA TERTIA.

PSALMUS IO.

IN Domina confido: propter dulcedinem misericordiæ nominis sui.

Oculi eius in pauperem respiciunt: & manus eius ad pupillum, & viduam sunt extensæ.

Exquirite illam à iuventute vestra: & glorificabit vos ante faciem populorum.

Misericordia illius nostrorum auferat multitudinem peccatorum : & fecunditatem nobis conferat meritorum.

Extēn-

Extende ad nos brachium tuum Virgo
gloriosa : & ne aueretas à nobis glorio-
sum vultum tuum.

Psalmus 11.

S Aluum me fac mater pulchræ dilec-
tionis, fons clementiæ, & dulcor pie-
tatis.

G irum terræ sola circuis, ut subuenias
inuocantibus te.

P ulchræ sunt viæ tux, & semitæ tux pa-
acificæ.

I n te refulget species castitatis, lumen
iustitiae, & splendor veritatis.

A micta solari lumine sicut vestimento,
duodecim Stellarum corona rutilans ra-
dianti.

Psalmus 12.

V sque quo Domina obliuisceris me,
& non liberas me, in die tribula-
tionis.

Psalterium

Vsquequo exaltabitur inimicus meus
super me: potentia virtutis tuæ conteret
ipsum.

Aperi oculos misericordiæ tuæ, ne ini-
micus noster aduersus nos præualeat.

Magnificamus te gratiæ inuentricem:
per quam sœcula reparantur.

Exaltata super Choros Angelorū: ante
Thronum Dei ora pro nobis.

Gloria tibi sit Orphanorum mater: fac
nobis clemens sit Omnipotens Pater.
Amen.

* Quinquagena, & postea.

SALVE Regina Misericordiæ, vita
dulcedo, & spes nostra salut. Ad te
clamamus exules filij Eux, ad te suspira-
mus gementes & flentes in hac lachry-
marum valle. Eia ergo aduocata nostra
illos tuos misericordes oculos ad nos cō-
uerte. Et Iesum benedictum fructū ven-
tris tui nobis post hoc exiliū ostende. O
clemens. O pia. O dulcis Maria. Alleluia.

F E.

FERIA QVARTA.

Psalmus 13.

Dixit insipiens aduersarius noster in corde suo, persequar, & cōprehendam, & interficiet eum manus mea.

Exurge Domina, & præueni eum, & sup planta cū, Iestrue omnes conatus illius.

Tuam pulchritudinem Sol, & Luna mirantur: ibi Angelicæ potestates seruiunt, & famulantur.

Tuo tactu lenissimo sanantur infirmi: tuo odore roseo mortui reviviscunt.

Virgo Dei Genitrix quem totus non caput orbis: in tua se clausit viscera factus homo.

Psalmus 14.

Domina quis habitat in tabernaculo Dei? aut quis requiescit cum senatoriis populi.

Paupe;

Psalterium

Pauperes spiritu, & mundi corde, mites pacifici, atq; lugentes.

Recordare Domina, vt loquaris pro nobis bona: & indignationem filij tui auertas a nobis.

Amplexamur Mariæ vestigia peccatores; & eius beatis pedibus prouoluamur.

Teneamus eam fortiter, nec dimittamus: donec ab ea meruerimus benedici.

Psalmus 15.

Conserua me Domina, quoniam speravi in tecum: mihiq; tuæ stillicidia gratiæ impartire.

Aluus tuus virginalis, & viscera tua: filium Dei altissimi genuerunt.

Benedicta sint vbera tua, quibus lacte deifico Salvatorem enutrijisti.

Confitemini laudes Virgini gloriose, quicumq; apud eam gratiam, & misericordiam inuenistis.

Date magnificentiam nomini eius, & collau-

collaudate in sæculum conceptum, atque
partum eius.

Gloria tibi sit Orphanorum mater: fac
nobis sit gratus Omnipotens Pater.
Amen.

* Quinquagena Rosarij.

FERIA QVINTA.

Psalmus 16.

E Xaudi Domina iustitiam meam, &
amoue à me tribulationem meam.

C onfitebor tibi in voce exultationis,
cum magnificaberis super me miseri-
cordiam tuam.

I mitamini eam, Sanctæ Virgines Dei,
vt imitatæ sunt Agnes, Barbara, Doro-
thea, & Catherina.

H onorificate eam in voce labiorū ves-
trorum, per hoc eius gratiam Agatha,
Lucia, Margarita, & Cecilia suscepereunt.

s pon-

Psalterium

Sponsum dabit vobis Patris Filium , &
de Paradisi lilijs coronam incompara-
biliter radiantem.

Psalmus 17.

Diligam te Domina Cœli , & Terræ : &
ingentibus nōmen tuū inuocabo.
Confitemini illi tribulati corde , & ro-
borabit vos contra inimicos vestros.
Stilla nobis Domina gratiam r̄berum
tuorum , ex manante lacte dulcedinis
tua refice viscera puerorum tuorum
Religiosi omnes honorate illā , qui ipsa
est adiutrix , & vestra specialis aduocata.
Esto refrigerium nostrum gloria Ma-
ter Christi ; quia tu es tutius religionis
mirabile firmamentum.

Psalmus 18.

Cœli enarrant gloriam tuam : & vn-
guentorum tuorum fragrantia in-
gentibus est dispersa.

R eſpi-

B. Mariæ Virg. 8

Respitate ad illā perditi peccatores: & perducet vos ad indulgentiæ portum.

In Hymnis, & Psalmis, & Canticis pulsate viscera eius, & stillabit vobis gratiam dulcedinis suæ.

Glorificate eam iusti ante Thronum Dei: quia fructu ventris eius est iustitiam operati.

Laudate eam cœli cœlorum, & nomen eius glorificet omnis terra.

Gloria tibi sit Orphanorum Mater: fac nobis clemens sit Omnipotens Pater.
Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA SEXTA.

Psalmus 19.

Exaudi nos Domina in die tribulationis: & precibus nostris conuerte clementem faciem tuam.

Nc

Psalterium

Nē proijcas nos in tempore mortis nostræ: sed succurre animæ, cum de seruerit corpus suum.

Mitte Angelum in occursum eius: per quem ab hostibus defendatur.

O stende ei serenissimum iudicem sæculorum, qui ob tui gratiam, veniam ei largiatur.

Sentiat in pœnis refrigerium tuum: & concede ei locum inter electos Dei.

Psalmus 20.

Domina in virtute tua lætabitur cor nostrum: & in dulcedine nominis ei consolabitur anima nostra.

De sedibus mitte nobis sapientiam: per quam in omni veritate dulciter illumine.

Acarnalibus desiderijs, cōcede gratiam abstinenti? ut lumen gratiæ in nostris cordibus oriatur.

Quam dulcia diligentibus te eloquia tua

B. Mariæ Virg.

9

tua Domina? quam suauia sunt tuarum
stillicidia gratiarum.

Gloriam, & honorem psallam tibi, & In
nomine tuo gloriabor in s̄eculum.

Psalmus 21.

D E V S Deus meus, respiciat in me
meritis tuis Virgo semper Maria.

omina mea clamaui ad te perdiem, &
noctem, & fecisti cum seruo tuo miseri-
cordiam tuam.

Quia ego speravi in misericordia tuas
sempiternū à me opprobriū abstulisti.

Deriserunt me inimici mei vndiq; tu
autem sub umbra manus tuæ contulisti
mihi refrigerium bonum.

Adorent te familiæ gentium, & glori-
facent te omnes ordines Angelorum.

Gloria tibi sit Orphanorum Mater: fac
nobis gratus sit Omnipotens Pater.
Amen.

* Quinquagena, & Salve Regina.

B S A B

Psalterium

SABBATO.

Psalmus 22.

Dominus regit me Virgo Dei Genitrix, quia tu amabilem vultum cius ad me conuertisti.

Benedicti sunt oculi tui splendidissimi, quos digneris misericorditer conuertere super nos peccatores.

Benedictum sit lumen, & splendor faciei tuz, benedicta sit gratia vultus tui.

Benedicta sit misericordia manuum tua-rum, benedicta sit emanatio virginici laetis tui.

Benedicant te Apostoli tui, & Prophetae Dei, Martyres, Confessores, & Virgines psallant tibi.

Psal-

Psalmus 23.

Domi⁹ est terra, & plenitudo eius,
tu autem Sanctissima Mater cum
eo regnas in æternum.

Gloriam, & decorem induisti, omnis
lapis preciosus amictus, & operimen-
tum tuum.

Splendor Solis super caput tuum, Lu-
naris pulchritudo sub pedibus tuis.

Sydera micantia ornant sedile tuum,
astra te glorificant iugiter matutina.

Memento nostri Domina in beneplaci-
to tuo, & fac nos dignos glorificandi
nomen tuum.

Psalmus 24.

Ad te Domina leuavi animam meā?
in iudicio Dei, tuis precibus non
erubescam.

Neque illudant mihi aduersarij meis;
Bz etenim

Psalterium

etenim præsumentes de te soborantur.

Non præualeant aduersum me laquei mortis, & castra malignantium non impediant gressus meos.

Collide impetum eorum in virtute tua, & cum mansuetudine occurre animæ meæ.

Ductrix mea esto ad patriam, & me cœtui Angelorum digneris aggregate.

Gloria tibi sit Orphanorum Mater: fac nobis clemens sit Omnipotens Pater.

Amen.

* Quinquagena.

DOMINICA II.

Psalmus 25.

Iudica me Domina, quoniam ab innocentia mea digressus sum, sed quia speravi in te non infirmabor.

V rc

B Mariæ Virg.

ii

Vtre cor meum igne amoris tui, & cinguulo castitatis restringe renes meos.

Quoniam misericordia tua, & clemencia tua ante oculos meos ; & delectatus sum in voce laudis tuæ.

Domina dilexi decorem faciei tux, & veneratus sum sanctam maiestatem tuā.

Confitemini nominis eius, quoniam sanctum est ? enarrantur in sacerdolum mirabilia eius.

Psalmus 26.

Domina illuminatio mea sit splendor faciei tux, & serenitas gratiæ eius refulgeat menti meæ.

Exalta caput meum, & ego psallam, psalmum nomini tuo decantabo.

Ne auertas faciem tuam à me, quia speciem, & decorem tuum à iuuentute mea concupiui.

Te amavi, & exquisivi Regina cœlorum, misericordiam tuam, & gratiam

B 3

tuam

Psalterium

tuam ne subtrahas à seruo euō.

Conficebor tibi in nationibus , & thro-
num gloriæ tuæ honorificabo.

Psalmus 27.

Ad te Domina clamabo, & exaudies
me , in voce laudis tuæ latificabis
me.

Miserere mei in die angustiæ meæ, & in
luce veritatis tuæ libera me.

Benedicta sis ô Domina in finibus om-
nibus orbis terræ.

Sanctuarium quod firmauerunt manus
tua, est Sanctum Templū corporis tui.

Conscientia tua munda, & immaculata
est locus propitiationis, & habitaculum
Sanctum Dei.

Gloria tibi sit Virginum Regina : duc
nos obsecramus ad Cœlorum Regna.
Amen.

* Quinquagena.

FE-

FERIA SECUNDA.

Psalmus 28.

Afferte Dominæ nostræ Filij Dei,
afferte Dominæ nostræ laudem, &
reuerentiam.

Da virtutem Sanctis tuis Mater Sancta,
& benedictionem laudantibus, atq; glo-
rificantibus te.

Exaudi gemitus suspirantiū ad te; & ne
spernas vota inuocantium nomen tuū.

Sit manus tua ad sucurrendum mihi
hi parata; & auris tua intendens ad de-
precationem meam.

Benedicant tibi cœli, & terra, mare, &
& orbis terrarum.

Psalmus 29.

EXaltabo te Domina, quoniam sus-
cepisti me, ab iniquo aduersario li-
berabis me.

Psalterium

Conuertere ad me , & viuifica me : de portis mortis reduc me : & de fluctibus tribulationū, quæ circundederunt me.

Propter imperium , & magnificentiam dexteræ tuæ : contere, & dissipa omnes aduersarios meos.

Et ego offeram tibi sacrificium laudis, & gloriam tuam deuotius exaltabo.

Exultate cœli, & iucundare terrā , quia consolatur M A R I A seruos suos , & pauperum suorum miserebitur.

Psalmus 30.

In te Domina speravi, non confundar in æternum: in gratia tua suscipe me.

Inclina ad me autem tuam: & in meore meo latifica me.

Tu es fortitudo mea, & refugium meum consolatio mea, & protectio mea.

Ad te Domina clamaui dum tribulare-
tur cor meum : & exaudisti me de ver-
tice collium æternorum.

Educas

Educas me de laqueo, quem absconde-
runt mihi, quoniam tu es adiutrix mea.

In manus tuas Domina commendo spi-
ritum meum? totam vitam meam, &
diem ultimum meum.

Gloria tibi sit Virginum Regina: duc
nos obsecramus ad Cœlorum Regna.
Amen.

* **Quinquagena, & Salve.**

FERIA TERTIA.

Psalmus 31.

Beatū quorum corda te diligunt Vir-
go M A R I A : peccata ipsorum à
te misericorditer diluentur.

Sancta, casta, & florigera vbera tua, quæ
florem viriditatis perpetuae eruperunt.

De cor pulchritudinis tuæ corruptionē
non videbit, & vultus tui gratia in per-
petuum non marcescet.

Psalterium

Benedicta tu Virga Iesse sublimis, quæ
te usque ad sedentem in throno dilatasti.

O Virgo Regina, ipsa es via, per quam
nos salus de supernis sedibus visita-
uit.

Psalmus 32.

Exultate iusti in Virgine MARIA,
& in rectitudine cordis laudate
eam.

Accedite ad eam cum reverentia, & de-
votione; & delectetur cor vestrum in
salutatione vestra.

Impendite illi sacrificium laudis, &
inebriamini ab uberibus dulcoris il-
lius.

Influit enim vobis radios suæ pietatis,
& clarificabit vos fulgore misericor-
diz suæ.

Suauissimus est fructus illius, in ore, &
in corde sapientis dulcescit,

Psal-

Psalmus 33.

Benedicam Dominam in omni tempore, & non deficit laus eius in ore meo.

Magnificate eam mecum, omnes qui impinguati estis melle, & lacte recreationis eius.

In periculis, in rebus dubijs inuocate eam, & in necessitatibus inuenietis auxilium, & refrigerium dulce.

Sumite exemplum conuersationis eius, & emulamini studia charitatis, & humilitatis illius.

Qvia ergo Domina humillima fuisti, Verbum increatum ex te carnem suscipe coegisti.

Gloria tibi sit Virginum Regina: duc nos obsecramus ad Cœlorum Regna. Amen.

* Quinquagena Rosarij.

Psalterium

FERIA QVARTA.

Psalmus 34.

Iudica Domina nocentes me, & contra
eos exurge? & vindica causam meam.

Anima mea in te latabitur, & tuis bene-
ficijs deuotus exultabo.

Gratia, & dulcedine tua plenī sunt cœli
& terra, vndiq; tuis beneficijs irreti-
uisti nos semper.

Quocumq; enim pergimus, occurrit
nobis diffusio tui veteri virginalis.

Curramus ergo charissimi, & ita nobis-
lem, & dulcifluam Virginem salutemus,
vt in suæ dulcedinis gremio quiesca-
mus.

Psalmus 35.

Dixit iniustus vt peccet in abscon-
dito: per se à malo proposito dis-
cedat Mater Dei.

Inclina

Inclina vultum Dei super nos: coge ille
lum peccatoribus misereri.

Domina in cœlo misericordia tua: &
gratia tua diffusa est super terram.

Potentia, & virtus in brachio tuo, ro-
bur, & fortitudo in dextera tua.

Benedictum sit imperium tuum , super
cœlos : benedicta sit magnificientia tua
super terram.

Psalmus 36.

Noli æmulari in malignantibus Do-
mina? furorem corum dulcifica per
gratiā tuā.

Sperate in illa religiosi , & claustraless
confidite in illa clerici,& sæculares.

Delectamini in laudibus illius: & exau-
diet petitiones cordis vestri.

Melius est modicum cum gratia illius,
quam thesauri argentei, & lapides pre-
ciosi.

Gloria semper sit tibi ò Regina Cœ-
lorum

Psalterium

Iorum: & in ullo tempore noli nos obli-
uisci.

Gloria tibi sit Virginum Regina : duc
nos obsecramus ad Cœlorum Regna.
Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA QVINTA.

Psalmus 37.

Domina ne in furore arguat me Do-
minus? nobis veniam obtine de
peccatis.

In conspectu tuo sit omne desiderium no-
strum? spes nostra, & cōfidentia nostra.

Cor meum conturbatum est in me: re-
cedit lux de visceribus meis.

Illumina splendore tuo cœcitatatem meā:
dulcifica dulcore tuo contritionē meā.

Ne derelinquas nos Domina Mater Dei,
gratia tua: & virtus sit à dextris meis,

Psal-

Psalmus 38.

Dixi custodiam vias meas d Domina,
cum per te gracia Christi mihi
fuit data.

Dulcore tuo liquefactum est cor meum
amore tuo inflammata sunt viscera
mea.

Exaudi orationem meam Domina, &
deprecationem meam : & contabescant
aduersarij mei.

Miserere mei de cœlis, & de altitudine
throni tui, & ne permittas me in valle
miserit conturbari.

Custodi pedem meum ne lœdatur , & in
fine meo sit gratia tua.

Psalmus 39.

Expectans expectavi gratiam tuam:
& fecisti secundum multitudinem
misericordie nominis tui.

Psalterium

Exaudiisti preces meas, & eduxisti me de lacu misericordie, & de fouea inimici.

Multa, & mirabilia sunt dona tua Domina: incomparabilia sunt munera gratiarum tuarum.

Exultent, & latentur super te omnes qui diligunt te: qui oderunt nomen tuum corruant in infernum.

Benedicta sis in eternum Domina: in saeculum, & in saeculum saeculi.

Gloria tibi sit Virginum Regina: duc nos obsecramus ad Caelorum Regna.
Amen.

* **Quinquagena, & Salve.**

FERIA SEXTA.

Psalmus 40.

Beatam MARIA intelligit super egenum, & pauperem: in ciuis laudibus permanentem.

Domi-

Domina Angelorum Regina mundi /
munda cor meum igne amoris, & cha-
ritatis tux.

Tu es mater illuminationis cordis mei,
tu es nutrix refruens mentem meam.

Te cupid os meus collaudare, te affectae
mens mea affectuosissime venerari.

Te desiderat anima mea exorare, quia
quitioni tux se commendat tota sub-
stantia mea.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cœrhus ad
fontes aquarum; ita ad amorem
tuum anhelat anima mea.

Quia tu es genitrix vitæ meæ, & altrix
reparatoris carnis meæ.

Quia tu es lactatrix Saluatoris animæ
meæ, initium, & finis totius salutis meæ.

Exaudi me Domina, ut mundentur for-
des meæ: illumina me Domina, ut illus-
tentur tenebrae meæ.

C

Accen-

Psalterium

A ecendatur amore tuo tempor meus: gratia tua expellatur torpor meus.

Psalmus 42.

Vdica me Domina, & discerne causam
meā de gente peruersa, à serpente ma-
ligno, & à dracone pestifero libera me.

S ancta fæcunditas tua disperdat eum!
beata virginitas tua cōterat caput eius.

S ancta preces tue corroborent nos cō-
tra eum: Sancta merita tua exinaniant
virtutem eius.

P ersecutorem animæ meæ mitte in
abyssum: puteus infernalis deglutiat eū
vjuentem.

E go autem, & anima mea in terra capti-
vitatis meæ benedicam nomen tuum: &
glorificabo te in sæcula sæculorum.

G loria tibi sit Virginum Regina: duc
nos obsecramus ad Cœlorum Regna.

Amen.

* Quinquagena.

S A B-

S A B B A T O.

Psalmus 43.

D Omnia auribus nostris audiuimus;
& patres nostri annunciauerunt
nobis.

Quia ineffabilia sunt merita tua: & val-
de stupenda mirabilia tua.

D omnia innumerabiles sunt virtutes
tuæ: & inextimabiles misericordia tuæ.

E xulta anima mea, & latare in illa: quia
multa bona sunt laudatorib⁹ præparata.

B enedicta sis Regina Cœlorum, & An-
gelorum: & benedicantur à Deo lauda-
tores magnificentia tuæ.

Psalmus 44.

E xultauit cor meum Verbum bo-
num Domina! cum rore mellifluo
exitit dulcoratum.

Psalterium

Per tuam sanctitatem peccata mea purgentur! per tuam integritatem mihi incorruptibilitas condonetur.

Per tuam Virginitatem anima mea à C H R I S T O adamatur, & sibi amoris vinculo sociatur.

Per tuam fecunditatem ego captiuus sum redemptus! per tuum partum virgineum de morte perpetua sum erexitus.

Per tuam prolem dignissimā perditus sum restitutus, & de exilio miseriæ in patriam beatitudinis sum reductus.

Psalmus 45.

Domina refugium nostrum tu es in omni necessitate nostra! & virtus potentior conterens inimicum.

Beneficijs tuis plenus est mundus; superant cælestia, penetrant & inferna.

Plenitudine gratiæ tuæ, quæ in inferno erant se lætantur liberata.

Obten-

O btentum fæcunditatis tuæ Virginæ
quæ supra mundum sunt, sc̄ gaudent res-
taurata.

P er gloriosum tuæ virginitatis Sanctissi-
mæ partum, homines Angelorum fiūc
socij, & conciues.

G loria tibi sit Virginum Regina: duc
nos obsecramus ad Cœlorum Regna.
Amen.

* Quinquagena.

DOMINICA III.

Psalmus 46.

O Mnes gētes plaudite manib⁹: psal-
lite in iubilo Virginis glorioſæ.

Quoniam ipsa est porta vitæ, ianua sa-
lutis, & via nostræ reconciliacionis.

S pes pœnitentium, solamen lugentium:
pax beata cordium atq; salus.

Psalterium

Miserere mei Domina, miserere mei:
quia tu es lux, & spes omnium confi-
dentium in te.

Per tuam salutarem fæcunditatem, pla-
ceat ut peccatorum veniam mihi con-
cedatur.

Psalmus 47.

Magna es Domina, & laudabilis val-
de in ciuitate Dei Cœli: in vniuer-
sita Ecclesia electorum eius.

Ascendisti alternantibus hymnidicis!
Angelicis Choris, Archangelis consti-
pata, rosis, & lilijs coronata.

Occurrите illi potestates, & principa-
tus, obuiate ei Virtutes, & Domina-
tiones.

Cherubin, & Throni, & Seraphin exal-
tate eam: & constituite eam à dextris
Sponsi, amantissimi Filij eius.

O quam læto animo, quam sereno af-
pectu suscepisti eam Angelorum, &
homi-

hominum Deus : & dedisti ei principatum super omnem locum dominationis tuae.

Psalmus 48.

Audite hæc omnes gentes , auribus percipite , quid ingredi cupitis Regnum Dei.

Virginem MARIAM honorate , & inuenietis vitam , & salutem perpetuam.

Pauperes seruos tuos Domina : fælici confederatione coniunge CHRISTO.

Esuriem parvolorum tuorum : fructu ventris tui refice , & sustenta.

Remansisti enim incorrupta post partum : & inuolata post Filium.

Gloria perennis tibi sit spes nostra : quæ regnas in Cœlis tolle nos ad astra. Amen.

* Quinquagena , & Salve.

Psalterium

FERIA SECUNDA.

Psalmus 49.

DEVS deorum MARIE locutus
est per Gabrielem nuncium suum
dicens.

Ave gratia plena Dominus tecum: per
te salus mundi reparatur.

Speciem, & decorem tuum / altissimi
filius concupiscit.

Adorna thalamum tuum Syon: præpa-
rare in occursum Dei tui.

Per spiritum enim sanctum concipies,
qui tuum partum faciet virginem, &
iucundum.

Psalmus 50.

Miserere mei Domina; quæ mater
misericordiæ nuncuparis.

Et

Et secundum viscera misericordiarum tuarum: munda me ab omnibus iniquitatibus meis.

Effunde gratiam tuam super me: & sollicitam clementiam tuam ne subtrahas a me.

Quoniam peccata mea confitebor tibi: & coram te me accuso de sceleribus meis.

Fructui ventris cui me reconcilia! & pacifica me ei, qui me creauit.

Psalmus 51.

Quid gloriaris in malitia d malignantis serpens, & draco infernalis!

Submitte caput tuum mulieri! cuius fortitudine demergeris in profundum.

Contere cu Domina pede virtutis tuae: exurge, & dissipata malitiam eius.

Extingue potentiam eius; & virtutem illius redige in fauillam.

Ve viuentes exultemus in nomine tuo: & lateo animo dicamus tibi laudem.

Psalterium

Gloria perennis tibi sit spes nostra:
quæ regnas in Cœlis tolle nos ad astra.
Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA TERTIA.

Psalmus 52.

DIxit insipiens inimicus in corde
suo: hominem eijciam de taberna-
culo Filiorum Dei.

Egrediar, & ero spiritus mendax in ore
serpentis: & per fœminam eijciam vi-
rum eius.

Sicut exaltatur ò miser cœli a terra;
sic exaltatæ sunt cogitationes Dei à co-
gitationibus tuis.

Noli extolli de casu mulieris: quia mu-
lier conteret caput tuum.

Tu illi foueam præparasti: & in sagena
illius capieris.

Psal-

Psalmus 53.

Domina in nomine tuo saluum me fac:& ab iniusticijs meis libera me.
Ve non noceat mihi calliditas inimici: sub umbra alarum tuarum protege me.

O Domina mea adiuua me: gratiam tuam largire animæ meæ.

Voluntariè offeram tibi sacrificium laudis: & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione liberabis me: & inimicos meos despiciet oculus meus.

Psalmus 54.

Exaudi Domina orationem meam: & ne contemnas deprecationem meam.
Contristatus sum incogitatione mea: quia iudicia Dei perterrituerunt me.

Tene-

Psalterium

Tenebrae mortis venerunt super me: & pauor inferni inuasit me.

Ego autem in solitudine expecto consolationem meam! & in cibili meo attendo misericordiam tuam.

Glorifica manum, & dexterum brachium tuum! ut prosternantur a nobis inimici nostri.

Gloria perennis tibi spes nostra: quæ regnas in cœlis tolle nos ad astra.

Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA QVARTA.

Psalmus 55.

Miserere mei Domina, quoniam conculcauerunt me hostes mei: quotidian cogitationes eorum in malum contra me.

Exita furorem, & memento belli: & super

super eos effunde iram tuam.

In noua signa, & immuta mirabilia, ve
sentiamus adiutorium brachij tui.

Glorifica nomen tuum super nos: ut co-
gnoscamus quoniam in sæculum mis-
ericordia tua.

Et illa nobis guttam suavitatis tuæ: quia
tu es pincerna gratiæ dulcoris.

Psalmus 56.

Miserere mei Domina, miserere
mei, quia paratum est cor meum
exquirere voluntatem tuam.

Et in umbra alarum tuarum requies-
cam: quia delectabile est mihi refrige-
rium tuum.

Manus tuæ distillant myrrham primam
& digitæ tui vnguenta gratiarum.

Et fragmen mali punici est guttur tuis:
& spiramen oris tui soave compositum
thymiana.

Tu enim es Mater pulchræ dilectionis:
&

Psalterium

& anchora spei, portus indulgentiae, &
Ianua salutis.

Psalmus 57.

Si vere utique iustitiam loquimini,
iustitiae, & misericordiae honorate
Reginam.

Ad laudem enim, & gloriam pertinet
Saluatoris? quidquid honorificum suæ
impensum fuerit genitrici.

Rosæ Martyrum tē circundant à Regi-
na, & Lilia Virginum ambiunt Thro-
num tuum.

Laudecam simul astra matutina, con-
centum illi facite omnes Filij Del.

Glorificate eam cœli, & terra: mare, ac
flumina, ac fundamenta orbis.

Gloria perennis tibi sit spes nostra:
quæ regnas in Cœlis tolle nos ad astra.
Amen.

* Quinquagena, & Salve.

F E.

FERIA QVINTA.

Psalmus 58.

Eripe me de inimicis meis Domina
mundi: exurge in occursum meum
Regina pietatis.

Aurum obrizum in ornamentis tuis;
sardius, & thopazius in diademate tuo.

Iaspis, & amethystus in dextera tua;
berillus, & chrysolitus in sinistra tua.

Hyacinthus, & acates in pectore tuo:
carbunculi scintillantes in monilibus
tuis.

Myrha, thus, & balsamum in manibus
tuis? Saphyrus, & Smaragdus in digitis
tuis.

Psalmus 59.

DEVS repulisti nos propter pec-
cata nostra: & misertus es nobis
per Virginem MARIAM.

I nter-

Psalterium

Intercede pro nobis salutifera Mater Dei, quæ Angelorum hominum salutem peperisti.

Tu enim mæstis exultationem infundis! & mærentibus lætitiam, & dulcwm.

Lætifica nos dulcifluo sono oris tui! & li quore tuo roseo perfunde corda nostra.

Tonate illi desuper, & date illi laudem! glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus tuis.

Psalmus 60.

Exaudi Domina orationem meam,
super firmam petram stabilias men-
tem meam.

Esto mihi turris fortitudinis, mc tuaris
à facie crudelis vastatoris.

Ve castrorum acies sis illi terribilis, &
vius corruat in profundum inferni.

Tu enim es rutilans, & decora? nubes
rorifera, & consurgens aurora.

Pulchra

Pulchra es, & clara, & Luna plenissima!
& tanquam Sol resulget sacer aspectus
tuus.

Gloria tibi sit spes nostra: quæ regnas
in cœlis tolle nos ad astra. Amen.

* Quinquagena.

FERIA SEXTA.

Psalmus 61.

Nonne Domina tibi subiecta erit
anima mea! quæ Saluatorem om-
nium genuisti.

Memento nostri perditorum saluatrix:
exaudi planctus cordis nostri.

Infunde gratiam de thesauris tuis - &
vnguentis tuis placa dolorem nostrum.

Da nobis gaudium, & lœtitiam: ut con-
fundas bonorum inimicos.

Ablue omnia peccata nostra: sana om-
nes infirmitates nostras.

D

Psal

Psalterium

Psalmus 62.

DEVS Deus meus, per Matrem te
glorificabo.

Virginaliter enim te concepit, & sine
angustia te parturiuit.

Benedicta sis ô Domina nostra: & pro
nobis assiste ante thronum Dei.

Species, & claritas inconspectu tuo!
custodi animam meam Domina, ut nun-
quam corruat in peccata.

Psalmus 63.

EXaudi Domina orationem meam
cum deprecor: à pauore crudelis li-
bera animam meam.

Impetra nobis pacem, & salutem; in die
nouissimo.

Benedicta sis super mulieres! & benedi-
ctus sit fructus ventris tui.

Illumina Domina oculos meos: & illus-
tra excitatem meam.

Da

Da mihi in te confidentiam bonam : in
vita, & in fine meo.

Gloria p̄ennis tibi sit spes nostra:
quæ regnas in Cœlis tolle nos ad astra,
Amen.

* **Quinquagena.**

SABBATO.

Psalmus 64.

Te decet Hymnus Domina nostra
in Syon: laus, & iubilatio in Hieru-
salem.

Benedictionem omnium gentium dedit
tibi Dominus : laudem, & gloriam ante
conspectum populorum.

Benedixit te Dominus in misericordia
sua ; & thronum tuum constituit super
ordines Angelorum.

Gratiam, & decorē posuit in labijs tuis:
& pallio gloriæ induit corpus tuum.

Psalterium

Coronam radiantem posuit in capite
tuo : & virtutum monilibus te decenter
ornavit.

Psalmus 65.

Iubilate Dominus noster omnis terra!
psallite Hymnum nomini eius , date
honorificentiam maiestati eius.

Benedictum sit cor tuum Domina: cum
quo ardenter , & sincriter Filium Dei
dilexisti.

Respice paupertatem meam gloriose
Virgo misericordiam , & angustiam meam ne
tardes remouere.

Auffer tribulationem meam , dulcifica
languorem meum.

Benedic te omnis caro: glorificet te
omnis lingua.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri! & benedi-
cat nobis, per illam , quæ cum ge-
nuit.

Misere

B. Mariæ Virg. 27

Miserere nostri Domina, & ora pro nobis in lætitiam bonam conuerte mæstiam nostram.

Illumina me Stella Maris, clarifica me Virgo clarissima.

Extingue ardorem cordis mei: refrigera me gratia tua.

Protegat me semper gratia tua: præsentia tua illustret finem meum.

Gloria perennis tibi sit spes nostra: quæ regnas in Cœlis tolle nos ad astra,
Amen.

* **Quinquagena, & Salve.**

DOMINICA IIII.

Psalmus 67.

Exurgat MARIA, & dissipentur inimici eius: conterantur omnes sub pedibus eius.

D 3

I mpe-

Psalterium

Imperium inimicorum nostrorum dissipa, destrue omnem iniuriam eorum.
Ad te Domina clamaui in tribulatione, & serenasti conscientiam meam.

Non deficiat laus tua in ore nostro, & amor tuus de visceribus nostris.

Pax multa diligentibus te Domina, anima eorum non videbit mortem in æternum.

Psalmus 68.

S'Aluum me fac Domina, quoniam intrauerunt concupiscentiarum aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo peccati, & aquæ voluptatis circundederunt me.

Plorans ploraui in nocte, & dies lætitiae ortas est mihi.

Salua animam meum genitrix Salvatoris, quia per te vera salus data est omni mundo.

Dum nunciante Angelo fuisti obumbrata

brata, & patris sapientia prægnans, &
grauidata.

Psalmus 69.

Domina in adiutorium meum intē-
de: & luce misericordiæ tuæ illus-
tra mentem meam.

Doce nos exquirere bonitatem tuam: ut
enarremus mirabilia tua.

Ostende potentiam tuam contra inimi-
cos nostros: ut sanctificeris in nationi-
bus procul.

In ira flammæ tuæ mergantur in infer-
num; & qui conturbant seruos tuos in-
ueniant perditionem.

Miserere seruorum tuorum, super quos
Inuocatum est nomen tuum; & ne sinas
angustiari eos in temptationibus suis.

Gloria tibi sit Regina Virginum: te-
cum nos perducas ad regna Cœlorum.
Amen.

* Quinquagena.

D 4

F E-

Psalterium

FERIA SECUNDA.

Psalmus 70.

IN te Domina speravi non confundar
in æternum: in tua misericordia libe-
ra me, & eripe me.

Propter multitudinem iniq[ue]itatis mea-
rum, oppressus sum vehementer.

Facti sunt hostes mei in capite meo, sub
fanauerunt, & deriserunt me quotidie.

Vide Domina quoniam tribulor, expan-
de manus tuas, & succurre pereundi.

Ne moreris propter gratiam nominis
tui! ut efficiaris mihi in gaudium, & sa-
lutem.

Psalmus 71.

DEVS iudicium tuum Regi da, &
misericordiam tuam Reginæ Ma-
tri cius.

In man tua salus, & vita consistunt: lætitia perpetua, & æternitas glorioſa.

Refperge cor meum dulcedine tua : fac me obliuisci miseras huius vitæ.

Trahe me post te vinculis misericordiæ tuæ , & fomentis gratiæ , & pietatis tuæ sana dolorem meum.

Concupiscentias sempiternas excita in animam meam ! & de gaudio paradisi inebria mentem meam.

Psalmus 72.

QVAM bonus Israel Deus , his qui colunt Matrem suam , & venerantur.

Ipsa est enim solatium nostrum,in labbris subuentio optima.

Obexit caligine animam meam hostis, in visceribus meis Domina lumen fac oriri.

Avertatur à me ira Dei per te, plac cum meritis, & precibus tuis.

D s

I n

Psalterium

In iudicio pro me assiste coram eos suscipere causam meam, & mea sis aduocata.
Gloria tibi sit Regina Virginum : tecum nos perducas ad regna Cœlorum.
Amen.

* Quinquagena.

FERIA TERTIA.

Psalmus 73.

VT quid Domina repulisti nos, nec subuenis in die tribulationis.

Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo ; & voces gementium ne desperxeris.

Tetendit arcum suum contra nos inimicus; firmauit dexteram suam, & non est consolator.

Dirumpe in nobis ligaturam malitiarum suarum , & libera nos dextera tua.

Repelle

Repelle eum in locum perditionis; semper
piterna damnatio suscipiat eum.

Psalmus 74.

Consitebimur tibi Domina, & laudabimus nomen tuum: fac nos in tuis laudibus delectari.

Cantate ei habitores terræ, & laudem eius in populis nunciate.

Confessio, & magnificentia coram illa, fortitudo, & exultatio in throno illius.

Adorate illam in decore illius, glorificate opificem pulchritudinis illius.

Recordamini in sempiternum misericordiæ illius! retinet in mente virtutes, & mirabilia illius.

Psalmus 75.

Notus in Iudea Deus! in Israel honorificentia matris eius.

Dulcis

Psalterium

Dulcis est memoria eius super mel, &
fauum! & amor eius super omnia aro-
mata.

Salus, & vita in domo illius, & in taber-
naculo eius pax, & gloria sempiterna.
Honorificate illam cœli, & terra, quia
summus artifex hanc mirabiliter hono-
ravit.

Date illi omnes creature laudem, &
stupendam misericordiam eius ex tol-
lite gratulanter.

Gloria tibi sit Regina virtutum: te-
cum nos perducas ad regna Cœlorum.
Amen.

* Quinquagena, & Salve Regina.

FERIA QVARTA.

Psalmus 76.

Voce me ad Dominam clamaui, &
sua gratia intendit mihi.

A bñlulit

Abstulit à corde meo maxitiam, & misericordiam! & suavitatem sua cor meum dulcorauit.

Formidinem meam erexit in confidentiam bonam; & suo aspectu mellifluo mentem meam serenauit.

Adiutorio Sancto suo euasi pericula mortis, & de manu crudelis subterfugi.

Gratias Deo, & tibi mater pia, de omnibus quæ assecutus sum, de pietate, & misericordia tua.

Psalmus 77.

Attendite populi Dei præcepta Dei, & Reginæ gratiæ nolite obliuisci.

Aperite cor ad inuestigandum eam, & labia ad glorificandum illam.

Descendat amor eius in cordibus vestris! concupiscite placere illi.

Pulchritudo eius vincit Solem, & Lunam! compositio eius adornamenta virtutum.

Misericordia tua.

Psalterium

Miserere mei Regina gloriæ , & hono-
ris , & ab omni periculo custodi men-
tem meam.

Psalmus 78.

Domina venerunt gentes in hæredi-
tatem Dei , quas tu meritis tuis
C H R I S T O confæderasti.

Sit eloquium tuum dulce coram ipso , &
coniunge me illi , qui me redemit.

Extende brachium tuum contra hostem
crudelem ! & denuda mihi versutiam
illius.

Vox tua dulcis super omni melodiam , ar-
monia Angelica ei non valet cōparari.

Disilla mihi suavitatem gratiarum tua-
rum , & tuorum charismatum fragran-
tiā , & odorem .

Gloria tibi sit Regina Virginum : te-
cum nos perducas ad regna Cœlorum.
Amen.

* **Quinquagena.**

F E

FERIA QUINTA.

Psalmus 79.

QVI Regis Israel intende, ad me
matrem tuam collaudare.

Expergiscere de puluere anima mea;
perge in occursum Reginæ Cœli.

Solue vincula colli tui paupercula ani-
ma mea, & glorioſis laudibus accipe il-
lam.

Odor vitæ de illa progreditur, & omnis
salus de corde illius scaturizat.

Charismatum suorum fragantia suavi,
animæ mortuæ fuscitantur.

Psalmus 80.

EXultate Dominæ adiutrici nostræ,
iubilate in lætitia cordis vestri.

Accendantur affectus vestri in illam! &
inimicos vestros induet confusione.

Imi-

Psalterium

Imitemur humilitatem eius, obediens
tiam, & mansuetudinem illius.

Omnes gratiae radiant in illa, capacissi-
ma enim fuit capacitas illius.

Currite ad illam cum deuotione Sancta;
& de bonis suis participabit vobis.

Psalmus 81.

Deus in Synagoga Iudeorum, de qua
ut rosa de sentibus progressa est
Mater Dei.

Terge fæditatem meam Domina, quæ
semper rutilas puritate.

Fonte vitæ influe in os meum, ex quo vi-
uentes aquæ profluunt, & emanant.

Omnes sitientes venite ad illam, & de
fonte suo gratariter vos potabit.

Qui hauriet ex eo saliet in vitâ æternâ,
& qui bibit ex eo non sitiet unquam.

Gloria tibi sit Regina virtutum: tecum
nos perducas ad regna cœlorum. Amen.

* Quinquagena.

F E-

FERIA SEXTA.

Psalmus 82.

Domina mea, quis similis erit tibi?
quæ gratia, & gloria supereminis
vniuersos.

Sicut exaltantur cœli à terra: sic tu
præcelsior cunctis, & nimis exaltata.

Vulnera cor meum charitate tua! fac me
dignum gratia, & muneribus tuis.

Liueat enra mea in timore tuo, & con-
cupiscentia tua cor meum inflammie-
tur.

Fac me desiderare honorificentiam, &
gloriam tuam? ut per te recipiar ad pa-
ccem I E S V. C H R I S T I.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Do-
mina virtutum? quam amabilia
E tento-

Psalterium

Centuria redemptionis tuz.

H onorate illam peccatores, & impetrabit vobis gratiam, & salutem.

S uper thus, & balsamum oratio eius, incensum preces eius non reuertuntur vacuae, nec inanes.

I ntercede pro me Domina apud Christum tuum ? neq; derelinquas me in morte, neq; in vita.

B enignus est enim Spiritus tuus, & gratia tua replet orbem terrarum.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine domum tuam: consecrasti habitationem tuam.

H aec est speciosa inter filias Hierusalem : cuius memoria est in benedictione.

B eatissimam praedicauerunt illam Angeli Sancti ? glorificate illam Virtutes, & Dominationes.

P opuli

Populi gentium exquirite prudentiam eius? & inuestigate thesauros misericordiæ illius.

Sentite de illa in bonitate, & in simplicitate cordis exquirite illam.

Gloria tibi sit Regina Virginum: tecum nos perducas ad regna Cœlorum,
Amen:

* **Quinquagena, & Salve Regina
Misericordia.**

SABBATO.

Psalmus 85.

Inclina Domina aurem tuam, & exaudi me? conuerte vultum tuum, & miserere mei.

Distillatio dulcoris tui obleat animas sanctorum? & infusio charitatis tux super mel dulcissimum.

Psalterium

Irradiatio gloriae tuæ dilucidat intellectum, & lux miserationum tuarum producit ad salutem.

Fons bonitatis tuæ inebriat sicutientes, & aspectus faciei tuæ retrahit a peccato.

Scire, & cognoscere te est radix immortalitatis? & enarrare virtutes tuas est via salutis.

Psalmus 86.

Fundamenta vita in anima iusti, perseverare in charitate usque in finem.

Gratia tua releuat pauperem in aduersitate? & inuocatio tui nominis immittit ei confidentiam bonam.

Miserationibus tuis repletur paradiſus? & à terrore tuo hostis confunditur infernalis.

Qui sperat in te inueniet theſauros pacis, & qui te non inuocat in hac vita, non perueniet ad Regnum Dei.

Fac

Fac Domina ut vinamus in gratia Spiritus Sancti, & perduc animas nostras ad Sanctum finem.

Psalmus 87.

D Omina auxiliatrix salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te.

I ngrediatur oratio mea inconspectu tuo: consolare cum facie tua mæsticiam meam.

M ultipli cata sunt mala in anima mea, expurga eam à sordibus, & peccatis.

V irtus tua persequatur inimicos nostros, ne nos impediant ad salutem.

C onfer gratiam animæ ad resistendum eis, conforta cor nostrum contra concupiscentias carnis.

Gloria tibi sit Regina virtutum: tecum nos perducas ad regna Cœlorum.

Amen.

* Q uinquagena.

Psalterium

DOMINICA V.

Psalmus 88.

Misericordias tuas Domina, in semper
piternum de cantabo.

Vnguento pietatis tux medere contritis
corde; & oleo misericordiae tuae refoue
dolores nostros.

Gratiosus tuus vultus mihi appareat in
extremis, formositas faciei tux latificer
spiritum meum egredientem.

Excita spiritum meum ad amandum
bonitatem tuam ; excita mentem ad
extollendam nobilitatem, & preciosita-
tem tuam.

Libera me ab omni tribulatione ma-
lis, & ab omni peccato custodi animam
meam.

Psal-

Psalmus 89.

Domina refrigerium facta es nobis,
in cunctis necessitatibus nostris.

Diffusio gratiæ tuæ producit operatio-
nes tuas, & stillicidium dulcoris tui affe-
ctiones facit sanctissimas.

Miserationum tuarum Domina recor-
dabor, sacrificium laudis, & carmen læ-
titiae psallam tibi.

Qui honorant te, coronam perennem
pro cinere obtinebunt, & pallium laudis
pro spiritu mæroris.

Qui sperant in te, amicti lumine in-
duentur, gaudium, & perpetuam læti-
tiam sortientur.

Psalmus 90.

QVIC habitat in adiutorio Matris
Dei, in protectione ipsius commo-
rabitur.

Psalterium

C oncursus hostis non nocebit ei: sagitta volans non tanget eum.

Q uoniam liberabit eum de laqueo insidiantis, & sub pennis suis proteget eū.

C lamate ad illam in periculis vestris: & flagellum non appropinquabit tabernaculo vestro.

F ructus gratiæ inueniet qui sperauerit in illa? porta paradisi referabitur ei.

G loria tibi sit aduocata nostra: seruos tecum ducas ad regna beata. Amen.

* Quinquagena.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 91.

B Onum est cōfiteri Virgini MARIÆ: & psallere illi gloriam prosperitas est mentis.

A nnunciare merita eius lætificat intellectum

Iectum, & imitari opera eius exhilarat
Angelos Dei.

Qui acquirit gratiam eius agnoscetur
a ciuibus paradisi, & qui habuerit cha-
racterem nominis eius, annotabitur in
libro Vitæ.

Exurge Domina, & iudica causam nos-
tram : & ab insurgentibus in nos libera
nos.

Ne retrahas à peccatore dexteram tuā?
& excipe gladio tuo iacula vastatoris.

Psalmus 92.

Dominus regnauit decorem induit!
matremq; suam ornamento coro-
nauit virtutum.

Adimpleat propitiationem suam in no-
bis mater pacis, & viam æquitatis do-
ceat seruos suos.

Qui desideratis Sapientiam CHRISTI?
seruite Matri eius animo reuerenti.

Quis satisfaciet enarrare opera tua Do-
min?

E s mina?

Psalterium

mina? & quis inuestigabit thesauros misericordiæ tuæ.

Sustine deficientes in temptationibus suis? destina illos in sortem veritatis.

Psalmus 93.

DEVS vltionum Dominus: sed tu Mater Misericordiæ ad miserendū inflectis.

Magnificentia tua Domina prædicatur in sæculum, qui autem colunt te inuenient viam pacis.

Seruite illi reuerenter exultantes; & sanabit vos benedictus fructus castissimi ventris illius.

Respice Domina humilitatem seruorum tuorum? & laudabunt te in generationibus sæculorum.

Magnifica nomen tuum in multiplicazione gratiarum tuarum; & ne sinas seruos tuos subiacere periculis.

Gloria

Gloria tibi sit aduocata nostra : seruos tecum ducas ad regna beata. Amén.

* **Quinquaginta, & Salve Reginæ.**

FERIA TERTIA.

Psalmus 94.

Venite exultemus Dominæ nostræ,
iubilemus Reginæ Dominiæ nos-
træ.

Præoccupemus faciem eius in iubilatio-
ne, & in canticis collaudemus eam.

Venite adoremus, & procidamus ante
eam, confitemur illi cum fletibus pec-
cata nostra.

Impetra nobis indulgentiam plenam,
assiste pro nobis ante tribunal Dei.

Suscipe in fine animas nostras: & intro-
duc nos in requiem æternam.

Psal.

Psalterium

PSALMUS 95.

Cantate plenæ gratiæ canticum nō
uum? Cantate M A R I Æ omnes
terrigenæ orbis.

Quoniam omnes Angelos sanctitate
præcellit, & natos mulierum, virtutibus
mirabilibus, & signis.

Formositas, & gloria in vultu illius, &
gratia in oculis eius.

Afferte illi gloriam patriæ gentium,
exultate in ea omnes creaturæ Dei.

Admirabile commercium habetis per
eam, ex qua vocati estis Filij Dei excelsi.

PSALMUS 96.

Dominus regnauit, exultet MARIA,
omni imperio dominationis suæ.

Adorate eam ciues curiæ paradisi,
exaltate eam Virgines speciosæ Filiaæ
eius.

Quo-

Quoniam eleuata est super Principa-
tus , & Dominationes, & exaltata est su-
per Angelorum , & Archangelorum le-
giones.

Patriarchæ, & Prophetæ concrepate illi
laudem? concentum illi facite Apostoli,
Martyresq; C H R I S T I.

Confessores cum Virginibus de Cantii-
cis Syon dicite Canticum ei? & regra-
tiamini ei Monachi Sancti de acceptis
triumphis.

Gloria tibi sit aduocata nostra: seruos te-
cum ducas ad regna beata. Amen.

* Q inquagena.

FERIA QVARTA.

Psalmus 97.

Cantate Dominæ nostræ canticum
nouum? quia mirabilia fecit.

In

Psalterium

In conspectu gentium revelavit Misericordiam suam, in extremis terræ auditum est nomen eius.

Recordare Domina pauperum, & miserorum? & sustenta eos ope refrigerij Sancti tui.

Tu autem Domina suavis, & verax, patientis nimis, & miseratione plena.

Conculca hostes animarum nostrarum, & contumacia illorum elide brachio Sancto tuo.

Psalms 98.

Dominus regnauit irascatur populi,
M A R I A sub Cherubin sedet a dextris.

Magna est in Syon gloria tua Domina, & in Hierusalem magnificentia tua.

Cantate ante eam Chori Virginales? & adorate Thronum eius, qui Sanctus est.

In dextera eius ignea lex, & in circuitu eius Sanctorum millia.

Mandata eius ante oculos eius; & iustitiae regula in corde eius.

Psalmus 99.

Iubilate Dominæ nostræ humiles terræ? seruite illi in latititia, & iucunditate.

In toto animo vestro accedite ad illam, & in omni virtute vestra conseruate vias eius.

Investigate illam, & manifestabitur vobis? estote mundi corde, & apprehendetis eam.

Quibus auxiliata fueris Domina erit refrigerium pacis, & à quibus auerteris vultum tuum non erit spes ad salutem.

Recordare nostri Domina, & nō apprehendent nos mala? succurre nobis infine, & inueniemus vitam æternam.

Gloria

Psalterium

Gloria tibi sit aduocata nostra : seruos
tecum ducas ad regna beata. Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA QVINTA.

Psalmus 100.


Misericordiam, & iudicium cantabo
tibi Domina? psallam tibi in exulta-
tione cordis cum laetificaberis ani-
mam meam.

Laudabo nomen tuum , & gloriam , &
præstabis refrigerium animæ meæ.

Zelatus sum amorem tuum, & honorē?
immo defende causam meam ante iudi-
cem sæculorum.

Dilectus sum gratia, & bonitate tua,oro
ne frauder à spe,& confidentia bona.

Conforta animam meam in nouissimis?
& in carne ista fac me conspicere Salua-
torem.



Psal-

Psalmus 101.

Domina exaudi orationem meam, &
clamor meus ad te veniat.

Non auertas sacrum aspectum tuum à
me; neçq; abomineris me propter im-
munditiam meam.

Non derelinquas me in cogitatu, & con-
silio inimicorum meorum, & ne sisas
me cadere in exprobrationem illorum
pessimam.

Qui confidunt in te non timebunt colu-
brum tortuosum? & qui exaltant te præ-
conijs, euadunt manus Acherontis.

Per Virginalem conceptum tuum da
mihi in te confidentiam bonam, & per
admirabilem partum tuum lætifica ani-
mam meam.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Matri I E S V
C H R I S T I? & omnia præcordia
mea glorificate nomen eius.

F

N e

Psalterium

Non obliuiscaris beneficia eius, nec gratiam, & consolatus illius.

Gratia eius peccata relaxantur, & misericordia eius ægritudines reparantur.

Benedicite ei omnes virtutes Cœlorū? glorificate eam Chori Apostolorum, & Prophetarum.

Benedicite ei mare, & insulae gentium, Hymnum dicite ei Cœli, & habitatores eorum.

Gloria tibi sit aduocata nostra: seruos tuos tecū ducas ad regna beata. Amen.

* **Quinquagena, & Salve Regina.**

FERIA SEXTA.

Psalmus 103.

Benedic anima mea Virgini MARIAE & honor, & magnificientia eius in perpetuum.

For-

Formositatem; & pulchritudinem induisti; amicta es Domina fulgenti vestimento.

De te procedit peccatorum medela, & pacis disciplina, ac feruor charitatis.

Imple nos seruos tuos virtutibus Sanctis; & ira Dei non appropinquet nobis.

Iucunditatem æternam da seruitoribus tuis? & noli eos obliuisci in certamine mortis.

Psalmus 104.

Confitemini Dominæ nostræ; & invocate nomen eius, cantate ei gloriosæ, narrantes virtutes eius.

Laudate, & exaltate eam Virgines Filiae Syon? quia desponsabit vobis Regem Angelorum.

Honorate Reginam plenam omni gratia? & contemplamini cum reverentia Sanctissimum vultum eius.

Psalterium

Salus sempiterna in manu tua Domina,
qui te digne honorificauerunt suscipiente
illam.

Clementia tua non deficiet à seculis
æternis? & misericordia tua à genera-
tione in generationem.

Psalmus 105.

Consitemini Dominæ nostræ quo-
niam bonum est? per cunctas tribus
terræ enarrate misericordias eius.

Longe est ab impijs conuersatio eius? à
via altissimi non declinabit pes eius.

Fons irrigantis gratiæ procedit de ore
illius: & emanatio virginalis sanctificans
animas castas.

Spes de gloria paradisi in corde illius?
qui deuoto animo honorificauerit il-
lam.

Miserere nostri fulgentissima Regina
Cœli? & præsta consolationem de gra-
tia tua.

Cloria

Cloria tibi sit aduocata nostra : seruos
tecum ducas ad beata. Amen.

* **Quinquagena.**

SABBATO.

Psalmus 106.

Confitemini Domino quoniam bonum ? confitemini Matre eius, quoniam in sæculum misericordia eius.

Innocentiam, & viam prudentiae ostende nobis Domina; & viam intelligentiae indica seruis tuis.

Timor Dei illustrat intellectum, & amor tuus exhilarat illum.

Beatus vir, cuius eloquium est tibi gratum ; illius ossa impinguabuntur adipe, & pinguedine.

Eloquium tuum sustentat animam imbecillem? & labia tua esurientem animum refocillant.

Psalterium

Psalmus 107.

Paratum cor meum Domina paratum cor meum? laudes tibi psallere, & cantare.

Maior est charitas tua cunctis diuitijs? & gratia tua super aurum, & lapidem preciosum.

Beatitudo & iustitia donantur à Deo? qui autem de peccatis conuersi fuerint ad te , pœnitentia remedium consequentur.

Emissiones tuæ gratia , & pax ; qui autem tibi placuerit, procul fiet à perditione.

Esto umbraculum protectionis in tentationibus nostris? expansio alarum tuarum defendat nos à deuorante,

Psal-

Psalmus 108.

Domina laudem meam ne despexeris? & hoc deditum tibi Psalterium digneris acceptare.

Respice voluntatem cordis mei, & affectionem meam fac tibi beneplacenterem.

Propterea ad visitandum seruos tuos subtegumento manus tuæ illæsi conserventur.

Illuminationem Spiritus Sancti per te suscipiant, & refrigerium contra cupiditatis æstum.

Medere contritos corde Domina, & refoue eos vnguento pietatis.

Gloria tibi sit aduocata nostra: seruos tecum ducas ad regna beata. Amen.

* Quinquagena.

Psalterium

DOMINICA VI.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domina nostra, sede
Mater mea à dextris meis.

Bonitas, sanctitas, placuerunt tibi, ideo
regnabis tecum in æternum.

Corona immortalitatis in capite Sancto
tuo, cuius fulgor, & claritas non extin-
guetur.

Miserere nostri Domina Mater luminis,
& splendoris; illumina nos Domina Ve-
ritatis, & Virtutis.

De thesauris tuis infunde nobis Sapientiam Dei, & intellectum prudentiarum, ac
formam disciplinae.

Psal-

Psalmus 110.

Confitebor tibi Domina in toto animo meo, glorificabo te in tota mente mea.

Opéra gratiæ tux commorabuntur, & testamentum misericordiæ tux ante thronum Dei.

Per te missa est redemptio à Deo, populus pœnitens habebit spem salutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus tecum? & sors illorum inter Angelos pacis.

Gloriosum, & admirabile est nomen tuum? qui illud retinent non expaupercent in punto mortis.

Psalmus 111.

Beatus vir, qui timet Dominam, & beatum cor, quod diligit illam.

Iucundus homo qui non satiatur laude

F 5 tua?

Psalterium

tua? & à relatu virtutum tuarum non
fatigatur.

Exortum est in corde illius lumen Dei,
Spiritus Sanctus illuminat intelligentiam eius.

Disperge Domina gratiam tuam pauperibus tuis? esurientes refoue, & egenos.

In memoria aeterna fiunt per te Dominus ab auditu terribili non trepidet cor nostrum.

Gloria tibi sit Imperatrix poli: tecum nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* **Quinquagena, & Salve Regina.**

FERIA SECUNDA.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Matrem Dei, glorificate nomen eius.

Bene-

Benedicta sit MARIA Mater CHRISTI:
ipsa enim est via ad Patriam Sanctitatis.

Excessus super Cherubin thronus eius,
& sedes eius super cardines Cœli.

Super humiles vultus eius, & super confidentes in eam aspectus illius.

Misericordia eius super omnem carnem? & eleemosina illius usq; ad extremum terræ.

Psalmus 113.

In exitu animæ meæ de hoc mundo,
occurre illi Domina, & suscipe eam.

Consolare eam vultu Sancto tuo? aspergues
Dæmonis non conturbet illam.

Esto illi scala ad Regnum Cœlorum, &
iter rectum ad paradisum Dei.

Impestra ei à Patre indulgentiam pacis?
& sedem lucis inter seruos Dei.

Sustine deuotos ante tribunal Christi?
suscipe

Psalterium

fusclpe ausam eorum in manibus
tuis.

Psalmus 114.

Dilexi Matrem Dei Domini mei : &
lux miserationum eius infulsit mihi.

Circundederunt me dolores mortis , &
visitatio M A R I Æ lœtificauit me.

Dolorem & periculum incurri , & re-
creatus sum gratia illius.

Nomen eius , & memoriale illius sit in
medio cordis nostri? & non nocebit no-
bis ictus malignantis.

Conuerte anima mea in laudem ipsius:
& inuenies refrigerium in nouissimis
tuis.

Gloria tibi sit Imperatrix poli : tecum
nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* Quinquagena.

F E.

FERIA TERTIA.

Psalmus 115.

C Redidi propter quod locutus sum,
gloriam tuam Domina orbi terræ.

C omptate animæ meæ, & dirige illam?
dignare beneplacitum tuum insinuare
illi.

Statue illi testamentum pacis, & dilec-
tionis tuæ: præbe illi ingenui memo-
riam nominis tui.

De benedictone ventris tui da mihi sos-
tentationem, & de pinguedine gratiæ
tuæ dulcora animam meam.

Dirumpe vincula peccatorum meorum:
& de virtutibus exorna faciem animæ.

Psalmus 116.

LAudate Dominam nostram omnes
gentes? glorificate eam omnes po-
puli.

Q MO-

Psalterium

Quoniam confirmata est super nos grātia, & Misericordia eius : & veritas illius permanet in æternum.

Qui digne coluerit illam iustificabūtur : qui autem neglexerit illam morietur in peccatis suis.

Labia Angelorum enarrabunt sapiētiā eius : & omnes ciues paradisi cantabunt eius laudem.

Bono animo accedentes ad illam ; non capientur ab Angelo deuastante.

Psalmus 117.

Confitemini Domīno quoniam bonus, confitemini Matri eius quoniam in seculum Misericordia eius.

Amor illius expellit peccatum à corde : & gratia illius expiat conscientiam peccatoris.

Via veniendi ad C H R I S T V M est appropinquare ad illam : qui autem fugerit eam, non inueniet viam pacis.

Qui

Qui obduratus est in peccatis sape in-
vocet illam: & lux in suis tenebris orle-
tur.

Qui tristatur in corde suo clamet ad il-
lam? & dulcoranti stillicidio inebria-
bitur.

Gloria tibi sit Imperatrix poli: tecum
nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* **Quinquaginta.**

FERIA QVARTA.

Psalmus 118.

Beatí immaculati in via, qui Matrem
Domini imitantur.

Beatí imitatores humilitatis eius: beatí
participes charitatis illius.

Beatí persecutatores virtutum illius:
beatí conformes imaginis illius.

Beatí

Psalterium

Beatí qui cōceptum , & partum illius
eenerantur , beatí qui deuotè ci famu-
lantur .

Beatí qui in ea habent spem , & confi-
dentiam , beatí qđi per illam suscipient
felicitatem sempiternam .

Psalmus 119.

Ad Dominam cum tribularer cla-
maui , & exaudiuit me .

Domina libera nos ab omni malo , cun-
ctis diebus viræ nostræ .

Contere caput inimicorum nostrorum ,
pede insuperabilis virtutis tuæ .

Ve exultauit Spiritus tuus in Deo salu-
taris tuo ? sic veram digneris infundere
latitiam cordi meo .

Ad Dominum accede rogatura pro no-
bis : & per te nostra peccata delean-
tur .

Psal-

Psalmus 120.

Leuui oculos meos ad te Mater
CHRISTI? per quam venit so-
latium omni carni.

Auxilium tuum, & gratiam tuam nobis
impende? in omni tribulatione no-
stra.

Custodi nos Domina Virgo M A R I A,
ne peccatorum laqueo capiamur.

Non dormit neq; dormiet pupilla ocu-
li tui, vt tua semper custodia prote-
gamur.

Angelorum, & hominum te laudat om-
nis lingua, & ante te omnia genua cur-
vantur.

Gloria tibi sit Imperatrix poli: tecum
dos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* **Quinquagena, & Salve Regina.**

Psalterium

FERIA QVINTA.

Psalmus 121.

Lætatus sum in te Regina Cœli: quia
te duce, in domum Domini ibi-
mus.

Hierusalem cœlestis ciuitas, ad MARIE
præmia veniamus.

Pacem & indulgentiam Virgo nobis im-
petra, & palmam de hostibus, & trium-
phum.

Conforta & consolare cor nostrum, tu æ
dulcedine pietatis.

Sic Domina nobis infunde clementiam,
ut deuotè in Domino moriamur.

Psalmus 122.

Ad te leuani oculos meos Regina,
quæ Regnas in Cœlis.

Adiu-

A diutiorum nostrum in virtute sit nominis tui: per te omnia opera nostra dirigantur.

Benedicta sis in Cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.

Benedicta sit fecunditas tua, benedicta sit virginitas, & munditia tua.

Benedictum sit corpus tuum Sanctum, benedicta sit anima tua Sanctissima.

Psalmus 123.

Nisi quia Domina nostra erat in nobis, inuenissent nos pericula multa.

Esto Virgo defensatrix nostra; & ante Deum aduocata propitia.

Ostende nobis Domina Misericordiam tuam, & conforta nos in seruitio Santuo.

Benedicant te Sancti Angeli in Cœlo, benedicant te omnes homines super terram.

Psalterium

Non tradas bestijs animas confitentium
tibi; ora te canentium non obturentur.

Gloria tibi sit Imperatrix poli : tecum
nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* Quinquagena.

FERIA SEXTA.

Psalmus 124.

QVI confidunt in te Mater Dei, non
timebunt à facie inimici.

Gaudete, & exultate omnes, qui diligi-
tis eam; quia adiuuabit vos in die tribu-
lationis vestræ.

Reminiſcere miserationum tuarum Do-
mina: & releua peregrinationem inco-
latus nostri.

Conuerte amabilem vultum tuum super
nos: confunde, & deſtruc inimicos no-
ſtos.

Bencē-

B. Mariæ Virg. 51

Benedicta sint omnia opera manuum
tuarum Domina: benedicta sint omnia
sancta miracula tua.

Psalmus 125.

In conuertendo faciem tuam serenissimam super nos: latificabis nos virginæ Mater Dei.

Benedicta sis o Sacrarium CHRISTI,
præscunctis mulieribus super terram.

Benedictum sit gloriosum nomen tuum:
quod os Domini mirabiliter nominauit.

Non deficiat laus tua de labijs nostris,
nec charitas tua de præcordijs nostris.

Qui te diligunt benedicantur à Deo,&
qui te volunt diligere non defraudentur
à fide.

Psalmus 126.

Nisi Domina ædificaueris domum
cordis nostri: non permanebit ædificium eius.

Psalterium

- A**difica nos gratia, & virtute tua, ut maneamus firmi in perpetuum.
Benedictum sit eloquium tuum, & benedicta sint omnia verba oris tui.
Benedicantur a Deo qui te benedicunt & in iustorum numero computentur.
Benedic Domina te benedicentes, & ne unquam auertas ab eis gratosum vul-
tum tuum.
Cloria tibi sit Imperatrix poli: tecum
nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

[* **Quinquagena.**

S A B B A T O.

Psalmus 127.

BEATI omnes qui timent Dominam nostram? & BEATI omnes qui sciunt facere voluntatem tuam, & beneplaci-
tum tuum.

Benc-

Psalterium

Benedicti sunt Pater & Mater qui te ge-
nuerunt: quorum memoria permanet in
saculum.

Benedictus est venter, qui te portauit;
& benedicta sunt ubera, quae te lactauen-
tunt.

Conuerte misericordiam tuam super
nos? & deprecabilis esto super seruos
tuos.

Intuere, & respice opprobrium no-
strum? aufer a nobis cunctas iniurias
nostras.

Psalmus 128.

Sæpe expugnauerunt me à inuentore
mea inimici mei: libera me Domina,
& vindica me ab ipsis.

Nedes illis potestatem in animam meā?
custodi omnia interiora, & exteriora
mea.

Obtine nobis veniam peccatorum, per
spiritus Sancti gratia nobis detur.

Psalterium

Fac nos digne, & laudabiliter pœnitere, ut beato fine ad Deum veniamus.

Placatum tunc, & serenissimum nobis ostende gloriosum fructum ventris tui.

Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domina : Domina exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ Intendentes in vocem laudis, & glorificationis tuæ.

Libera me de manu aduersariorū meorum? confunde ingenia, & conatus eorum contra me.

Erue me in die mala : & in die mortis ne obliuiscaris animæ meæ.

Deduc me ad portum salutis ? inter iustos scribatur nomen meum.

Gloria tibi sit Imperatrix poli : tecum nos perducas ad gaudia Cœli. Amen.

* **Quinquagena.**

D O-

DOMINICA VII.

Psalmus 130.

Domina non est exaltatum cor meū?
neq; sublimati sunt oculi mei.

Benedixit te Dominus in virtute sua?
qui per te ad nihilum redigit inimicos
noscros.

Benedictus sit qui te sanctificauit? &
mundam de Matris vtero te produxit.

Benedictus sit qui te obumbravit, & sua
gratia te fœcundauit.

Benedic nos Domina, & conforta nos in
gratia tua, vt per te ante conspectum
Domini præsentemur.

Psalmus 131.

Memento Domina David, & omniū
inuocantium nomen tuum.

G 5

Da

Psalterium

Da nobis in nomine tuo fiduciam; & confundantur aduersarij nostri.

Consolare nos in terra peregrinatio-
nis nostræ? & releua paupertatem no-
stram.

Da nobis panem lachrymârum Virgo
Sancta? & dolorem peccatorum in terra
incolatus nostri.

Redde nobis propitium benedictum
ventris tui, ut Spiritus Sancti gratia re-
pleamur.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum, & quam iucun-
dum, M A R I A diligere nomen
tuum.

Vnguentum effusum, & aromaticum est
nomen tuum? diligentibus ipsum.

Quoniam magna multitudo dulcedi-
nis tua Domina, quam præparasti dili-
gentibus, & sperantibus in te.

Esco

Esco refugium pauperum in tribulacione, quia tu es baculus pauperum, & misericordorum.

Inueniant (quæso) gratiam apud Deū, qui te in suis necessitatibus inuocabunt.

Gloria, laus, honor, Virginis M A R I Æ: quæ secum nos trahat ad Regnum gloriae. Amen.

* **Quinquagena.**

FERIA SECUNDA.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dominam, omnes qui speratis in nomine Sancto eius.

Gaudete gaudio magno, qui exultatis, & glorificatis eam? quia latamini ab ubertate consolationis eius.

E ccc

Psalterium

Ecce nunc inundante vbertate declinabit in vos ad consolandum, & lxtificandum corda vestra.

Benedicite illam omnes serui eius, & memoriale sit in desiderio animæ vestræ.

Benedicite illam omnes Angeli, & Sancti Dei, laudate in secula mirabilia eius.

Psalmus 134.

LAUDATE nomen Domini, benedicite nomen M A R I Æ Matris eius.

M A R I Æ præcamina frequentate, & suscitabit vobis voluptates sempiternas.

In anima contrita veniamus ad illam? & non stimulabit nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa intranquillitate metis: inueniet dulcorē, & requiem pacis.

Respiremus ad illam, in finitione nostra, & rescrabit nobis atria triumphantium.

Psal-

Psalmus 135.

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam per suam dulcissimā Matrem Virginem Virginem MARIAM datur Misericordia eius.

Impetra nobis Domina amicitiā I E S V C H R I S T I ? & custodi nos ne perdamus innocentiam nostram.

Comprime hostem nostrum Imperio tuo, ne feriat in nobis virtutem charitatis.

Bona naturalia conserua in nobis, & bona gratiæ per te multiplicentur.

Illumina vias, & semitas nostras, ut noscamus quæ beneplacita sunt Deo.

Gloria, laus, honor Virgini M A R I Æ: quæ secum nos trahat ad Regnum gloriae. Amen.

* Quinquagena.

F E -

Psalterium

FERIA TERTIA.

Psalmus 136.

Super flumina Babylonis fleuerunt
Hebrei? nos vero super iniquitates
nostras lugeamus.

Clamemus humiles ad pueroram Vir-
ginem? offeramus ei planctus, & suspi-
cia nostra.

Non inuenitur propitiatio sine illa; nec
salus sine fructu illius.

Per illam peccata purgantur, & per fru-
ctum illius, animæ dealbantur.

Per illam fit satisfactio peccatis, per fru-
ctum illius sanitas condonatur.

Psalmus 137.

Consitebor tibi Domina in toto cor-
de meo? quia per te expertus sum
clementiam IESV CHRISTI.

Audi

Audi Domina Verba mea, & preces meas: & in conspectu Angelorum canabo tibi laudes.

In quacumq; die inuocauero te exaudi me: & multiplica virtutem in anima mea.

Confiteantur tibi omnes tribus, & linguae? quia per te salus restituta est nobis.

Ab omni perturbatione libera seruos tuos? & fac eos viuere subpace, & protectione tua.

Psalmus 138.

Domina probasti me, & cognouisti me, ruinam, & transgressionem meam.

Copiosa facta est super me Misericordia tua? & dilata est super me clementia.

Imperfectum meum aspexit oculus tuus, & palpebrae tuæ nouerunt vias meas.

Affluen-

Psalterium

Affluentiam desiderij sancti habeamus
a Spiritu Sancto, & macula peccati non
turpet conscientiam nostram.
Serenet corda nostra lux misericordiae
tuæ; & recreet nos tuæ pacis dulcedo.
Gloria, laus, honor Virgini M A R I Æ:
quæ secum nos trahat ad Regnum glo-
riæ. Amen.

* Quinquagena, & Salve.

FERIA QVARTA.

Psalmus 139.

Eripe me Domina ab omni malo, &
ab hoste inferni defende me.
Contra me tetendit arcum suum, & in-
fraude sua insidiatur mihi.
Constringe vires eius malignas, & ob-
tunde potenter astutias eius.
Conuerte iniquitatē ipsius in verticem
illius,

illius, & in foueam quam fecit cadat fes-
tinaanter.

Nos autem exultemus in seruitio tuae
& in tuis laudibus gloriemur.

Psalmus 140.

Domina clamaui ad te , exaudi me,
intende orationi meæ, & postula-
tioni meæ.

Dirigatur obsecratio mea, velut incen-
sum coram facie tua ; & in tempore se-
rotini sacrificij, & maturini.

Non declinet cor meum in verbis ma-
lignantibus , & nequitiae cogitatus non
subuertant sensum meum.

Fac me assentire beneplacito cordis, &
tuis actionibus conformari.

Glorio intelligentie , reuerbera cor
meum , & ignicula charitatis inflamma
mentem meam.

Psalterium

Psalmus 141.

Voce mea ad Dominam clama-
ui, ipsamq; humiliter deprecatus
sum.

Effudi in conspectu eius lachrymam
meam, & dolorem meum tibi exposui.

Insidiatur hostis calcaneo meo, extendit
contra me, rete suum.

Adiua me Domina ne corruam co-
ram eo, fac ut conteratur subpedibus
meis.

Educ de carcere animam meam, vt
confiteatur tibi, & psallat Deo fortis in
perpetuum.

Gloria, laus, honor Virgini M A R I E:
qui secum nos trahat ad Regnum glo-
riæ. Amen.

* Quinquagena.

F E:

FERIA QVINTA.

Psalmus 142.

Domina exaudi orationem meam,
percipe tuis auribus supplicatio-
nen meam.

Persecutus est malignus vitam meā, de-
posuit in terra conuersationem meam.

Denigravit me caligine sua : & anxiatus
est nimis Spiritus meus.

Ne auertas faciem tuam à me : & non
corruam cum descendentibus in lacum.

Emitte lucem tuam, & gratiam tuam, &
repara denuo vitam meam, & conscienc-
tiam meam.

Psalmus 143.

Benedicta sis Domina , quæ instruis
seruos tuos ad prælium ? & eos ro-
boras contra inimicum.

Fulgure , & coruscatione dissipa illum:
mitte iacula tua ut confundas illum.

H 2

claris

Psalterium

Clarifica de alto manum tuam, & cantes
serui cui laudem, & gloriam tuam.

Eleua de terrenis affectionem nostram:
de sempiternis delitijs refice viscera no-
stra.

Concupiscentiam supernorum accende
in cordibus nostris : & de gaudijs para-
disi velis nos recreare.

Psalmus 144.

Exaltabo te Mater Filij Dei , & per
singulos dies cantabo laudes tuas.

Generatio , & populi laudabunt opera
tua? & misericordiam tuam insulæ ex-
pectabunt.

Abundantiam dulcoris tui Angeli eru-
erabunt, & suavitatem tuam Sancti pro-
nunciabunt.

Oculi nostri sperant in te Domina, mit-
te nobis cibum, & escam delectantem.

Laudationem tuā loquatur lingua mea,
& benedicam te in sāculum sāculi.

Gloria,

Gloria, laus, honor Virgini MARIÆ:
quæ secum nos trahat ad Regnum glo-
riæ. Amen:

* **Quinquagena.**

FERIA SEXTA.

Psalmus 145.

LAUDA anima mea Dominam, glorifi-
cabo eam quandiu vixero.

Nolite cessare à laudibus eius, & per
singula momenta recogitate illam.

Cum exierit Spiritus meus Domina, sic
tibi commendatus, & in terra ignota
præsta illi ducatum.

Non conturbent eum culpæ prius com-
missæ, nec inquieterit ipsum occursus
malignantis.

Perduc eum ad portum salutarem, ibi
præstoletur securè aduentum Redem-
ptoris.

Psalterium

Psalmus 146.

LAUDE DOMINAM, quoniam bonus
est Psalmus iucunda, & decora sit
illi nostra laudatio.

Ipsa enim medetur contritis corde, &
refouet eos vnguento pietatis.

Magna est virtus illius, & clementia eius
nullum habet finem.

Pracinire ei in iubilatione, & in confes-
sione Psalmum canite illi.

Beneplacitum est ei super timentes Deum,
& in eis qui sperat de misericordia eius.

Psalmus 147.

LAUDA Hierusalem Dominam, glori-
fica illam etiam, o Syon.

Ipsa enim construit muros tuos, & Fi-
lios tuos benedicet.

Gratia tua te impinguat, pacemque do-
nat terminis tuis.

Emisit Verbum suum altissimus, & vir-
gus eius obumbravit illi.

Leue-

Léuemus corda nostra cum manib⁹ ad
illam, vt suam influentiam sentiamus.

Gloria, laus, honor Virgini M A R I Æ:
quæ secum nos trahat ad Regnum glo-
riæ. Amen:

* Quinquagena, & Salve,

SABBATO.

Psalmus 148.

Laudate Dominam nostram de Cœ-
lis: glorificate eam in excelsis.

Laudate eam omnes homines, & iumenta,
volucres Cœli, & pisces maris.

Laudate eam Sol, & Luna, Stellæ, & cir-
culi planetarum.

Laudate eam Cherubin, & Seraphim
Throni, Dominationes, & Potestates.

Laudate eam omnes legiones Angelo-
rum, laudate eam omnes Ordines Spir-
tuum supernorum.

Psalterium

Psalmus 149.

Cantate Dominæ nostræ Canticum nouum, laus eius in congregacione iustorum.

Extentur Cœli, de gloria eius, insulæ maris, & totus orbis.

Aqua, & ignis laudent eam, frigus, & æstus, splendor, & lumen.

Exultationes eius in gutture iustorum, & laudes eius in cœtu triumphantium.

Ciuitas Dei iucundare in illa, & pro incollis tuis, frequenta illi carmen.

Psalmus 150.

Laudate Dominam in Sanctis eius: laudate eam in virtutibus, & miraculis eius.

Laudate eam cœtus Apostolorum laudate eam Chori Patriarcharum, & Prophetarum.

Laudate

Laudate eam exercitus Martyrum, laudate eam turmae Doctorum, & Confessorum.

Laudate eam in Collegio Virginum, & continentium: laudate eam Ordines Anachoritarum, & Monachorum.

Laudate eam Conuentus Religiosorum omnium? laudate eam omnes animæ ciuium supernorum, omnis Spiritus laudet Dominam nostram.

Gloria, laus, honor Virgini M A R I Æ: quæ secum nos trahat ad Regnum gloriæ. Amen.

* Tres Quinquagenæ, scilicet totum Rosarium, & Salve Regina.

* Et postea dicantur sequentia, & repetatur ad Primam Dominicam.



Psalterium

HYMNVS.

TE Matrem Dei laudamus : te
MARIAM Virginē profitemur.

Te Æterni Patris Sponsam, omnis ter-
ra veneratur.

Tibi omnes Angeli, & Archangeli, tibi
Throni, & Principatus fideliter de ser-
uiunt.

Tibi omnes Potestates, & omnes Virtu-
tes, Cœli Cœlorum, & vniuersa Domi-
nationes obediunt.

Tibi omnes Chori, tibi Cherubin, & Se-
raphin, exultantes assituuunt.

Tibi omnes Angelicæ creaturæ incel-
fibili voce proclaimant.

Sancta, Sancta, Sancta MARIA Dei
Genitrix, Mater, & Virgo.

Pleni sunt Cœli, & terra maiestatis glo-
riæ fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorum Chorus sui
Creatoris Matrem collandat.

Te

T e Beatorum Martyrum cætus candidatus, C H R I S T I genitricem glorificat.

T e glorioſus Confessorum exercitus,

T rinitatis Templum appellat.

T e Sanctarum Virginum Chorea amabilis, Virginitatis, & Humilitatis Exemplum prædicat.

T e tota Cælestis Curia Reginâ honorat.

T e per Vniuersum orbem Ecclesia invocando concelebrat.

M atrem Diuinæ Maiestatis.

V enerandam te veram Regis Cælestis puerperam, Sanctam quoq; , dulcem, & piam.

T u Angelorum Domina, tu paradisi ianua.

T u Scala Regni Cælestis , & Gloriæ: tu thalamus, tu Arca pietatis, & gratiæ.

T u vena Misericordiæ, tu Sponsa, & Mater Regis æterni.

T u Templum , & Sacrarium Spiritus Sancti, totius Beatissimæ Trinitatis noble triclinium.

Psalterium

Tu mediatrix Dei , & hominum amatrix.

Tu agonizatrix pugnantium , aduocata pauperum, miseratrix, & refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum , superatrix, ac terror Dæmonum, & superborum.

Tu mundi Domina, Cœli Regina, post Deum sola spes nostra.

Tu salus te inuocantium, portus naufragantium, miserorum solatium, pereuntium refugium.

Tu Mater omnium beatorum, gaudium plenum post Deum , omnium supernorum ciuium solatium.

Tu promotrix iustorum , congregatrix errantium, promissio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, præconiū, & doctrina Apostolorum, magistra Euangelistarum.

Tu fortitudo Martyrum , exemplar Confessorum, honor , & festivitas Virginum.

Tu

Tu ad liberandum exulem hominem,
Filiū Dei suscepisti in uterū.

Per te expugnato hoste antiquo, sunc
aperta fidelibus Regna Cœlorum.

Tu cum Filio tuo sedes ad dexteram
Patris, tu ipsum pro nobis roga Virgo
M A R I A, quem nos ad iudicandum
credimus esse venturum.

Te ergo poscimus, nobis tuis famulis
subueni, qui pretioso sanguine Filij tui
Redempti sumus.

Aeterna fac pia Virgo, cum Sanctis tuis
nos gloria numerari.

Saluum fac populum tuum Domina;
ut simus participes hereditatis Filij
tui.

Et rege nos, & custodi nos in æternum.

Per singulos dies, o pia te salutamus.

Et laudare te cupimus usq; in æternum
mente, & voce.

Dignare dulcis M A R I A, nunc, &
semper nos sine delicto conseruare.

Miserere pia nobis, misericordia nobis.

Psalterium

Fiat Misericordia tua magna nobiscum;
quia in te Virgo M A R I A confi-
dimus.

In te dulcis M A R I A speramus , nos
defendas in æternum.

Te decet laus, te decet Imperium , tibi
Virtus , & Gloria in sæcula sæculorum.
Amen.

S Y M B O L V M.

Qvicumq; vult saluus esse, ante om-
nia opus est ut tenet de MARIA
firmam fidem.

Quam nisi quisq; integrum , in uiola-
tamq; seruauerit , absq; dubio in æter-
num peribit.

Quoniam ipsa sola Virgo manens pe-
perit , sola cunctas heresies intere-
mit.

Confundatur, & erubescat Hebraeus, qui
dicit C H R I S T V M ex Ioseph semi-
ne esse natum.

Con-

Confundatur Manichæus ; qui dicit
C H R I S T V M factum habere cor-
pus.

O alleat omnis qui hoc ipsum aliunde
non de **M A R I A** dicit assump-
tissse.

Idem namq; Filius, qui est Patris in di-
uinis vnigenitus , & verus vnigenitus
Virginis **M A R I Æ** Filius , in Cœlis
sine Matre, in terris sine Patre.

Nam sicut anima rationalis, & caro pro-
pter vniōnem de homine verè nascitur,
ita Deus, & homo **C H R I T V S** de
M A R I A Virgine verè generatur.

Induens carnem de carne Virginis, quia
sic genus humanum redimi congrue-
bat.

Qui secundum divinitatem æqualis Pa-
tri , secundum verò humanitatem mi-
nor Patre.

Conceptus in utero Virginis **M A R I Æ**
Angelo nunciante de Spiritu Sancto, no
tamen Spiritus Sanctus est Pater eius.

Geni-

Psalterium

Genitus in mundum sine poena carnis
Virginis Matris, quia sine delectatione
carnis conceptus.

Quem lactauit Mater ubere de Cœlo
pleno, quem circumstant Angeli obste-
tricum vice, nunciantes pastoribus gau-
dium magnum.

Hic à Magis muneribus adoratus, ab
Herode in Ægyptum fugatus.

A Ioanne in Iordano baptizatus, tradi-
tus, captus, flagellatus, crucifixus, mor-
tuus, & sepultus.

Cum gloria resurrexit, ad Cœlos ascen-
dit, Spiritum Sanctum in Discipulos, &
in Matrem misit.

Quam demum, ipse in Cœlum assump-
tit, & sedet ad dexteram Filij, non ces-
sans pro nobis Filium exorare.

Hæc est fides de M A R I A Virgine, quā
nisi quisq; fideliter, firmiterq; credide-
rit saluus esse non potet.



LIT A;

LITANIAE.

- K**Yrie eleison. **C**hriste eleison.
KYrie eleison. **C**hriste audinos.
Christe exaudinos.
- P**ater de Celis Deus , MARIÆ con-
tor gloriosus. Miserere nobis.
- F**ili Redemptor mundi Deus , MARIÆ
nobilis fæcundatur. Miserere nobis.
- S**piritus Sancte Deus. MARIÆ mi-
rabilis obumbrator. Miserere nobis.
- S**ancta Trinitas unus Deus, qui Mariam
glorificas. Miserere nobis.
- S.** M A R I A quæ totum mundum illu-
minas. Ora pro nobis.
- S.** M A R I A , quæ tuos seruos exalias,
ora pro nobis.
- S.** M A R I A quæ pro peccatoribus sup-
plicas. ora.
- S.** M A R I A illuminatrix cordium. ora.
- S.** M A R I A fons Misericordie. ora.
- S.** M A R I A Splendor S. Ecclesie. ora.
- I **S.** MARIA

Psalterium

- S. MARIA flumen sapientiae. ora.
S. MARIA ab Angelo salutata. ora.
S. MARIA per Spiritum Sanctum
obumbrata. ora.
S. MARIA in Cœlis glorificata. ora.
S. MARIA Rosa veris speciosa. ora.
S. MARIA vitis frondens generosa.
S. MARIA dulcis Virgo, & speciosa.
ora pro nobis.
S. MARIA à Deo Patre sponsa electa.
ora pro nobis.
S. MARIA Verbi Dei Mater prælecta.
ora.
S. MARIA à Spiritu Sancto protecta.
ora pro nobis.
S. MARIA quæ Deum in utero concepisti.
ora.
S. MARIA quæ Deum, & hominem.
genuisti. ora.
S. MARIA Virgo Virginū signifera. ora.
S. MARIA Virga Iesse Christifera. ora.
S. MARIA arbor Vitæ fructifera. ora.
S. MARIA fœminarū pulcherrima. ora.
S. MARIA

- S. MARIA humillium humillima. ora.
 S. MARIA Sanctorū Sanctissima. ora.
 S. MARIA super omnes diligentius
amanda. ora.
 S. MARIA super omnes excellentius
magnificanda. ora.
 S. MARIA Mater conditoris. ora.
 S. MARIA Mater Redemptoris. ora.
 S. MARIA Mater Saluatoris. ora.
 S. MARIA inferis terribilis. ora.
 S. MARIA Mater mundo desiderabi-
lis. ora.
 S. MARIA Mater amabilis. ora.
 S. MARIA Virgo plena gratia. ora.
 S. MARIA Virgo plena clemētia. ora.
 S. MARIA pia fundens solatia. ora.
 S. MARIA flos, & decus Virginalis. ora.
 S. MARIA flouins Sapientialis. ora.
 S. MARIA splendor, & lux Orienta-
lis. ora.
 S. MARIA virtutum Cœli Regina. ora.
 S. MARIA domus Dei Cypressina. ora.
 S. MARIA Cœli fenestra Crystallina ora

Psalterium

- S. MARIA perpetuæ lucis auro-
ra. ora pro nobis.
- S. MARIA Virga pulchra , & deco-
ra. ora pro nobis.
- S. MARIA melodia dulcis , & sona-
ra. ora pro nobis.
- S. MARIA delitiarum Dei dapife-
ra. ora pro nobis.
- S. MARIA cælestis curiæ pincerna.
ora pro nobis.
- S. MARIA Paradisi porta peruia. ora.
- S. MARIA placitum Dei umbracu-
lum. ora pro nobis.
- S. MARIA Virginum noua exulta-
tio. ora pro nobis.
- S. MARIA mulierum prima benedi-
ctio. ora pro nobis.
- S. MARIA miserorum pia consola-
tio. ora pro nobis.
- S. MARIA vera salus , & beatitudo.
ora pro nobis.
- S. MARIA charitatis magnitudo. ora.
- S. MARIA pietatis latitudo. ora.
- S. MARIA

- S. MARIA Mater orphanorum. ora.
 S. MARIA mamilla orphanorum. ora.
 S. MARIA mamilla parvulorum. ora.
 S. MARIA consolatio afflitorum. ora.
 S. MARIA cui Angeli obediunt, &
 obsecrantur. ora.
 S. MARIA nobilis Regina Cœlorum.
 ora pro nobis.
 S. MARIA cui Sancti, & Sanctæ con-
 gaudent, & gratulantur. ora.
 S. MARIA quam omnia laudant, &
 venerantur. ora.
 Propitia esto. Parce nobis Domine.
 Propitia esto. Liberans Domina.
 Ab omni malo. Liberans Domina.
 Ab omni mala tentatione. lib.
 Ab ira, & indignatione Dei. lib.
 Ab periclitatione, & desperatione. lib.
 Ab superbia præcipitante. lib.
 Ab auaritia deuastante. lib.
 Ab peccato iræ, & inuidiæ cruciante. lib.
 Ab carnis tentatione vndiq; anxiantiæ.
 libera nos Domina.

A pecca-

Psalterium

- A** peccato gulae, & castrimargiae com-
maculante. lib.
- A**b incurso hostis malignantis. lib.
- P**er dulcorem, & gaudium de CHRISTI
Incarnatione. lib.
- P**er dolorem, & angustiam de illius Pas-
sione. lib.
- P**er gaudium, & miraculum de illius
Resurrectione. lib.
- P**er fidem tuam de spiritus Sancti mis-
sione. lib.
- P**er gaudium, & latitiam de illius Af-
censione. lib.
- P**er gaudium de tua coronatione. lib.
- I**n hora mortis deuastante. lib.
- I**n iudicis districto examine. lib.
- A**b inferni, horribili cruciamine. lib.
- P**eccatores. Te rogamus audinos.
- V**e Sanctam Ecclesiam, piissima Domi-
na conseruare digneris. te rog.
- V**e iustis gloriam, peccatoribus gratiam
impetrare digneris. te rog.
- V**e tribulatis consolationem, captiuis
libe-

liberationem impetrare digneris. te
rogamus audi nos.

Vt famulos & famulas tibi deuote ser-
uientes consolari digneris. te rog.

Vt populum Christianum Filij tui pre-
tioso sanguine Redemptum conser-
vare digneris. te rog.

Vt cunctis fidelibus defunctis requiem
æternam donare digneris. te rog.

Mater Dei. te rog.

Mater charissima, & Domina nostra, mi-
serere nobis, & dona nobis perpetuā
pacem. Amen.

K Yrie eleison. **C** hriste eleison;
K yrie eleison. **P** ater noster.

Y. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Y. Ego dixi Domina miserere mei.

R. Sana animam meam, quia peccavi
tibi.

Y. Conuerte misericordiam tuam su-
per nos.

Psalterium

R. Et deprecabilis es tu super seruos
eum.

V. Ostende potentiam tuam contra ini-
micos nostros.

R. Ut iustificeris in nationibus popu-
lorum.

V. Miserere seruorum tuorum , super
quos inuocatum est nomen tuum.

R. Et ne sinas angustiari eos in tenta-
tionibus suis.

V. Ne proijcas nos in tempore mortis
nostræ.

R. Et succurre animæ , cum deseruerit
corpus suum.

V. Esto nobis Domina turris fortitudi-
nis.

R. Et petra dorissima contra inimicū.

V. Adiuua me Domina , ne corruam
cum eo.

R. Fac ut conteratur subpedibus meis.

V. Exaudi orationem meam , & depre-
cationem meam.

R. Et contepescant aduersarij mei.

ORA;

ORATIO.

AVxilium tuum Domine nobis propitiatus impende: & intercedente pro nobis beata Dei genitrici semper Virgine M A R I A cum omnibus Sanctis, fac nos ab omni malo liberari, & in æterna beatitudine cum Angelis glorificari.

OMnipotens semperne Deus, qui pro nobis de castissima Virgine M A R I A, nasci dignatus es: fac nos tibi casto corpore seruire, & humili mente placere.

ORamus etiam te plissima Virgo M A R I A, mundi Regina, & Angelorum Dominina, ut eis quos in purgatorio ignis examinat, impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam, & iustis persecuerantiam in bono; Nos quoq;

Psalterium

fragiles ab omnibus instantibus defen-
de periculis. Per Dominum nostrum
I E S V M C H R I S T V M Filium
tuum; qui tecum viuit, & regnat. &c.

R Etribue seruo tuo Domina, viuifica
me, & faciam voluntatem tuam.

Incola ego sum in terra, nihil abscon-
das mihi de amore tuo.

Concupioit anima mea, laudem tuam
desiderare omni tempore.

Tu enim salus mea in Domino, quæ me
morti ad iudicatum liberasti.

Quid pro his, retribuam tibi, nisi me
totum? Domina suscipe me.

LEgem pone mihi Domina volunta-
tis tuæ, Sanctorum Sanctissima ex-
quiram eam semper.

Deduc me in Semitam miserationum
tuarum, mulierum pulcherrima, quia
ipsam volui.

Inclina animam meam ad supernorum
amorem

amorem Domina , & non ad impudicitiam.

Ecce concupisci castimoniam tuam à
juventute mea, in misericordia tua con-
firma me.

Et obseruabo siam testimoniorum tuo-
rum in sæculum , & serutabor mandata
filij tui, quæ dilexi.

Memor esto Verbi tui Dominarum
primiceria, in quo mihi spem de-
disti.

Ac in tempestatum fluctibus potenter
tenuit me , quia eloquium tuum vivifi-
cavit me.

Circundederunt me veri mendaces , &
congregata sunt super me flagella, & ec-
ce manus tua eripuit me.

Communicavi in bonis omnibus timē-
tibus te, & custodientibus obnoxie man-
data tua.

Miserationibus ruis plena est terra, ideo
viam iustificationum tuarum exquisiri.

Boni-

Psalterium

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Do-
mina: de qua gudent Angeli.

Disciplinam morum tuorum, & aequita-
tem tuam doce me, quia verbis tuis præ-
cunstis credidi.

Bonum mihi, quia onere tuo humiliasti
me, ut sequar conuersationem tuam.

Qui amant seruientes tibi venerabun-
tur, qui autem abominatus fuerit eos,
suet in æternum.

Veniant mihi semper de super guttæ
clementie tuæ, & viuam, quia lex tua
sancta meditatio mea est.

De fecit in semitîs tuis anima mea
Domina, & nisi miseratio maxi-
ma esset, perijsssem utiqz in infirmitate
mea.

Defecerunt oculi mei incontemplatio-
ne tua, velut uter in pruina à te visa est
anima mea.

Secur-

Secundum bonitatem tuam vivifica me,
& non obliuiscar sermones tuos , quia
tibi adhærere bonum est.

Dispositione tua persuerat mundus,
quem , & tu cum Deo fundasti ab ini-
tio.

Tuus totus ego sum Domina , saluum
me fac, quoniam desiderabiles erant lau-
des tuæ in tempore peregrinationis
meæ.

Quomodo dilexi legem tuam Do-
mina, in conspecta meo semper.

Suavitatum tuarum affluentia cor meū
alienauit à me, & caro mea mirabiliter
exultauit in te.

Quam dulcis peccatoribus eloquia tua
Domina, super omnem melodiam refe-
ctio tua dulcis ori meo.

Illuminatio gressibus meis Verbum
tuum , & lumen ineffabile semitis
meis.

Quoties exasperauerunt me peccatores
inferni,

Psalterium

Infernī , quia à charitate tua declinare
noluī , ego autem sperauī in te Domina.

INQUOS odio habui , & viam tuam di-
lexi Domina gratiosa.

Adiuua me , & saluus ero Domina mun-
di , & meditabor honorificentiam man-
datorum tuorum .

Fac me semper stare in timore tuo , &
non tradas me Virgo calumniantibus
me.

Vernacula tuus sum ego , minimus in
familia tua.

Custodi me Domina à negligentibus iu-
dicia iustitiae tuæ.

Contemnes omnes discedentes à ser-
uitio tuo , quia iniusta est conuersatio
eorum .

Mirabilia tua testimonia Mater al-
ma , & sermonibus tuis illumina-
cum est cor meum .

Vultum

Vultum tuum deprecabuntur omnes
diuites plebis, Filij Regum collaudant
faciem tuam.

Ardens Verbum labiorum tuorum ve-
hementer, qui ad te properat percipiatur
illud.

A rundo agitata sum in conspectu tuo,
tene me Domina subiugo tuo, & non
confundar.

S eruientes tibi plus alijs inuadunt dra-
cones inferni, sed tu Domina defende
nos.

C lamaui in toto corde meo ad te
Domina, de necessitatibus meis
clementer eripe me.

V ocem gemitus mei exaudi Domina
mea doce me ut acceptus sim apud te
omni tempore.

L onge à nescientibus te salus, qui au-
tem præstat in obsequio tuo procul fac-
à perditione.

M isericordia tua rigat uniuersum,
Domina

Psalterium

Domina in salutari tuo vivifica me.
In iuris eloquiorum tuorum veritas in
æternam, & legem tuam immanaculatam
non sum oblitus.

Principes persecuti sunt me gratis: &
ab invocatione nominis tui trepidat
spiritus malignus.

Pax multa obseruantibus nomen tuum
Mater Dei, & non est illis scandalum.

Septennis horis decantani tibi laudes
Domina, iuxta eloquium tuum da mihi
intellectum.

Intret oratio mea inconspectu tuo, ut
non derelinquam te Domina cunctis
diebus vitæ meæ, quoniam viæ tuæ mi-
sericordia, & veritas.

Concupiscam in æternum laudare te
Domina, cum docueris me iustificatio-
nes tuas.

C A N-

C A N T I C . 1.

Consitebor tibi Domina, quoniam
per te placatus est mihi Dominus,
& consolatus est me.

Ecce Domina saluatrix mea, fiducialiter
agam in te, & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea in Domino
es tu, & facta es mihi in salutem.

Hauriam aquas in gaudio de riuulo : &
semper inuocabo nomen tuum.

Notas facite in populis virtutes Domini
te nostræ, quia excelsum est valde no-
men eius.

Exulta, & lauda totum genus humanū,
quia talem dedit tibi mediatrixem Do-
minus Deus tuus.

C A N T I C . 2.

EGO dixi circa dimidium dierum
meorum, vadam ad MARIAM,

K

vt

Psalterium

ut me CHRISTO reconcilie.

Quasi residuum annorum meorum,
in amaritudine animæ meæ.

Generatio mea ablata est, quia Pater
Mater, & omnia dereliquerunt me,
M A R I A autem assumpsit me.

S perabam in illa mane, sero, & meridie,
quasi leo sic contriuit omnia ossa pecca-
torum meorum.

E t tu Domina eruisti animam meam
ut non periret, & de manu canis unicam
meam.

D omina saluum me fac, & laudem tuam
cantabo cunctis diebus vitæ meæ, o pia
Mater Domini mei.

C A N T I C . 3.

E xultauit cor meum in Domino, &
exaltatum est cornu meum in Do-
mina mea.

Q uia fecit mihi magna qui potens est,
per M A R I A M Matrem eius.

Non

Non est sancta, ut es Domina nostra,
quæ sola super gressa es vniuersas.

Recedant ergo vetera de ore nostro, &
roguis loquamur nouis.

Exulta, & lauda M A R I A M Syon, &
Hierusalem, quia maxima in dominab-
bus Israel.

Ipso pauperem facit, & ditat, & humili-
iat, & sublimat.

Altior cœlo, terra latior est hæc Domi-
na nostra.

C A N T I C . 4.

Cantemus Dominæ gloriose Virginis
M A R I Æ, in Hymnis, & Confes-
sionibus benedicamus eam.

Domina nostra, Omnipotens post Deū
nomen eius, currus Pharaonis, & exer-
citum eius proiecit in mare.

Dextera tua Domina magnificata est
in fortitudine, quia in multitudine

Psalterium

misericordiæ tuæ struisti aduersarios
meos.

De ore leonis liberasti me Domina, &
tanquam Infantem genitum Mater su-
cepisti me.

O Domina charissima mea, velut Galli-
na tege me mirabili Passione tua.

Tuus totus ego sum, & omnia mea
tua sunt, Virgo super omnia benedicta.

Ponam te sicut signaculum super cor
meum, quia fortis es ut mors dilectio
tua.

C A N T I C . 5.

Domina audiuī auditionem tuam, &
obllupui, considerauī opera tua, &
expauī.

Domina opus tuum circa medium an-
norum viificasti illud.

Confitebor tibi Domina quia abscon-
disti

disti hæc à sapiéntibus , & reuelasti ea
paruulis.

Operuit cœlos gloria tua, & misericor-
dia tua plena est terra.

Aegressa es Virgo in salutem populi tui,
in salutem cum C H R I S T O tuo.

Obenedicta , in manibus tuis est repos-
ita nostra salus , recordare pia pauper-
tatis nostræ.

Quem vis ipse saluus erit,& à quo auer-
tis vultum tuum, vadit in interitum.

C A N T I C . 6.

Audite cœli quæ loquar de MARIA,
andiat terra verba oris mei.

Magnificate ipsam mecum semper , &
exaltemus nomen eius in s̄culum s̄e-
culi

Generatio prava , atque peruersa , ag-
nosce Dominam nostram saluatricem
tuam.

Psalterium

Nunquid non ipsa est mater tua, quæ possedit te, & in fide generauit te.

Si hanc dimiccis non es amicus summi Cœsaris, quoniam ipse sine ea non salvabit te.

Vtinam saperes, & intelligeres, ac novissima prouideres.

Quemadmodum infans sine nutrice, nō potest viuere, ita nec sine Domina nostra potes habere salutem.

Sicut ergo anima tua ad ipsam, tene eam, nec dimitte, donec benedixerit tibi.

Repleatur os tuum laude sua, decanta tota die magnificentiam eius.

C A N T I C . 7.

Benedicite omnia opera Domini gloriose, laudate, & super exaltate eam in sæcula.

Benedicite Angeli Domini nostræ, benedicte cœli Domini nostræ.

Bene-

Benedicat omnis Creatura Dominam nostram, quam Rex sic voluit benedici.

Benedicta sis o summi Regis Filia, quæ odore præcis cuncta lilia.

Benedicta sis Corona Dominarum omnium, benedicta sis gloria Hierusalem.

Odor tuus sicut agri pleni, cui benedixit Dominus; qui in benedicentes te redundat irrigans omnia intima eorum.

Qui benedixerit tibi, o Virgo beata, sit ille iugiter benedictus.

Qui maledixerit tibi rosa candidissima, sit ille maledictus.

Non recedat de domo seruorum tuorum, vini, & olei abundantia.

In nomine tuo omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernum.

Benedicamus Deum qui te creauit, benedictus uterque parens, qui te generauit.

Psalterium

Benedicta sis Domina in cœlo, & in terra, laudabilis, & gloria, & super exaltata in secula.

C A N T I C . 8.

Benedicta sis Domina, & Mater Dei mei Israel, qui per te visitauit, & fecit Redemptionem plebis suæ.

Et erexit unicornu salutaris castitatis tue, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os Isaïæ, & aliorum Sanctorum Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis, praesta Virginum Virgo, & de manu omnium qui nos oderunt pacem nobis tribue.

Et fac misericordiam pro parentibus, & nobis ut memor sis testamenti Omnipotentis Dei.

Quod iurauit ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in secula.

Sic sine timore de manu inimicorum nostrorum

nostrorum liberati , quicte seruiemus
illi.

In sanctitate , & iustitia coram te , omni-
bus diebus nostris .

Et tu M A R I A Propheta Dei vocab-
eris , quoniam nouisti , quod respexit hu-
militatem ancillæ suæ .

Per quam dedit scientiam salutis plebi
eius , in remissionem peccatorum .

Per viscera multitudinis misericordiæ
tuæ , visita nos stella matutina oriens
exalto .

Illumina tenebras sedentium in umbra
mortis , & eas luce dilectissimi Filij tui
digneris instellare .

Miserere Misericordiæ Mater , nobis
miseris peccatoribus , qui retracta pec-
cata pœnitere negligimus , ac multa quo-
tidie pœnitenda commitimus .

* F I N I S. *





OLISIPONE.

Cum facultate Supremi Senatus Inquisitionis , & Ordinarij.


Nec non Regis Lusitanix.

Excudebat Antonius Aluarez. 1611.



¶ Acabouse de imprimir este
Liuro intitulado Psalterium
de Nossa Senhora, que S. Boa-
uentura compos. Em Lisboa
a vinte sete do mes de Abril
Anno 1611.

Por Antonio Aluarez.





1880

